re q̄ sciūt. Scḋo eccliā magnifi
cat officiū p̄dicādi. laycoꝝ pbi
bitōe. q; pbibet layeis oib⁹ pu
blice p̄dicare. Vñ greg. nonꝰ ar
chiepo mediolanēsi ait illō q̄ō
notat extra de hereť. c. Sicut in
vno. Cum nōnulli layci predi
care p̄sumāt z verēdum cristat
ne vicia sub specie ✠tutis occul
te subintrēt. Nos attēdentes q⁹
doctoꝝ ordo est q̄si principꝰ in ec
clesia dei. mādamꝰ q̄tenus cuz
alios dñs apl̄os dederit alios
pphetas alios ✠o doctores in
terdiuꝰ laicis vniuersis cuiusꝯ
cunq; ordinis cēseant officium
p̄dicandi. Ad ℔ ꝓpositū diffuse
loquit ea plñ Cū ex imūcto. ex
tra. c. Ratio aūt assignat in glo.
sup dicto. c. Cū ex imūcto. Quia
singula officia singul' dñt eē cō
missa. sic etiā ap̄te pt. Ixxxix. di.
c. Singula. et nō solū de p̄dica
tione sz etiā de q̄busliber alijs
negocijs ecclesiasticis se intro
mittere laica nō dñt. sic pz extra
de iudicia. c. Decernimꝰ. et ō reb⁹
ecclesiasticis nō alie. c. Cū laicas
et arbitrijs. c. Cōtingit. z consti.
c. Ecclesia. et xcvi. di. c. Būq̄dē.

Tertio eccīa magnificat ✠bū
dei z sublimat illud p̄laroꝝ ob
ligatōe. Obligat enī p̄latos vt
de p̄dicatōe sollicitam curā ba
beant. Vñ extra de offi. iudi. oꝛ
di. c. Inter cetera. sic hētur. Inf
cetera q̄ ad salutē spectāt popu
li cristiani pabulū verbi dei p
marīe sibi noscit nēcnus. q; sic
corpꝰ materiali. sic aīa spūali ci
bo nutrit. eo q⁹ nō in solo pane
vivit hō. sed in oi ver. qō pce. de
ore dei. Vñ cū sepe ꝛtingat q⁹
epi ꝓpter occupatōes multipli
ces vl in valitudies corporales
aut hostiles incursus seu occasi
ones alias ne dicamꝰ defectuꝫ
scientie qō in eis reprobandū est
oīno. nec ō cetero tolerādū p se
ipsos nō sufficiūt mīstrare ✠bū
dei pl'o marie p amplas dyoce
ses z diffusas generali constitu
tione sanxim⁹. vt epi viros ido
neos ad scē p̄dicatōis officium
salubriť exeq̄ndū assumāt porē
tes in ope ✠f mōe q̄ plebes sibi
cōmissas vice ipsoꝝ cū per se idē
nequerint sollicite visitātes eas
verbo edificēt z exemplo q̄bus
ipsi cū indiguerint ꝛgrue neces

saria subministrēr ne p necessa rioz defectu cōpellant desistere ab incepto. hec ibi. in clemētina vero Dudū. De sepulturis. de aplica auctē. ꝓedik predicatorib⁹ z miozibꝰ vt in eoz ecclīs locis z plateis cōmunibꝰ pplo et clero libere valeāt p̄dicare ex hoza dūtaxat exceptā q̄ ipsi oz/dinarij locoz p se p̄dicarēt: aut coz̄ se facerēt solenniter p̄dica ri nisi p̄riū et eoz̄ volūtate ma neret. Arbitroz aūt z ego dispo sitiōe spūssancti actū ee vt p̄ua ta licentia p̄dicandi minoribꝰ z predicatoribꝰ impartirek. q̄ñ ni si ipsi ceteriq; mēdicātes ercole/rent vineā dñi sabbaoth vtrice veprez z spine iam implerent illā cūctaq; erroribꝰ multiplici bus z hereslibꝰ eēnt maculata. bi paupes frēs desudāt studijs lr̄az vt p̄dicationum suarū ful gore orbem illuminent.

QX quinq; sunt p̄ditiōes ne cessarie in vnoq̄q; qui vult bñ fructuose et vtiliter p̄dicare ver bum dei. Lapl'm II.

Ecundum

mysteriū declaranduz est de q̄litate seu condi tione p̄dicantis verbū dei z no tabim⁹ q̄nq; p̄paras ꝓditiōes quas bñe dz q̄ officiuz predica/tionis exercet. Prima dr sāē entia. Scōa mūdicia. Tertia sa pientia. Quarta caritas. Quita pati entia. Prima cōditio q̄ in vnoquoq; predicāte inuēire de bet dicit scientia. vbi aduertēdū est fm Alexan. de ales in. iij. vo lumine summe q̄ triplex est do ctrina. Prima simplicis erhor tatiōis. Scōa assumpte p fessio nis. Tertia p̄dicatiōis. Prima est doctrina simplicis erhorta tionis q̄ pōt vnusquisq; fraēna admonitōe cozrigere z docere p rimū suū. et hec cōmunis ē om niū fm quā oēs scire tenentur simbolū. oratione dñicam. p̄ce pta decalogi. petā capitalia. opa misēdie. z ecclie sacramēta. Se cūda doctrina dr assumpte pro fessiōis fm hāc vnusq̄sq; scire debet ea q̄ ptinēt ad facultatez suā ad min⁹ cōpetenē. Sic me/dici scire dñt regulas mediane et nō iunste. Junste vo scire de bent sentētias legū z nō medici et sic de alijs. Tertia doctrina dicit predicatōis. cui⁹ ministri id est p̄dicatozes scire tenentur nō tm̄ credēda sz etiā exposito nes preceptoz. ita vt saltem cō peren ter doctī possint alios in/struere z docere. Vñ extra ō be reti. c. Cū ex iniuncto. dicit. Sci entia valde nēria est sacerdoti bus ad doctrinā. q; iurta ꝓbꝰ ꝓpheticū labia sacerdotis custo diunt. id est custodire debēt scīē tiā fm glosam. Que verba etiā notant. xliij. di. c. Sit rector. Et viij. q. i. c. Oportz vbi sic bētur. Oportet eum q̄ docet z instruit animas rudes eē talē vt p̄ ingenio discentiū semen p̄m possit

aptare ꝛ verbi ordinē ꝑ audien
tum capacitate dirigere. Debet
ergo a primo cē eruditus ꝛ do
ctus. et. xvi. q. i. cāp. Sic viue. et
ea. Si clericat⁹ ꝺz. Multo tēpe
disce ꝛ postmodū docebis. ꝛ. xxx
viij. di. c. Ignoranta. Sacꝛ cōsi
liū inquit. Ignorāta mr̄ cūcto
rum erroꝝ maxime in sacerdo
tibꝰ viranda est qui docēdi offi
cū in pplo dei susceperūt. Sa
cerdotes eni admonent legere
sanctas scripturas. Paulo apo
stolo dicente ad Thimo. Atten
de lectioni. exhortatiōi. ꝛ doctri
ne. Et ad hoc facit. c. Si in laicō.
et. c. Nulli sacerdotū. ꝛc. Si in
tra. et. c. Qui ea ꝑfata. di. xxxvij.
et. lix. di. c. Ordinatos. ꝺz. Qui
mihi me lr̄is operā dedit prece
ptoꝝ cē nō potest lr̄aꝝ. et Hie
ronim⁹ ad Nepotianū ita scri
bit. Diuinas scripturas sepi⁹ le
ge. imo nunq̄s de manibꝰ tuis
sacra lectō deponat. Sermo sa
cerdot⁹ scripturaꝝ sale ꝑdit⁹ sit.
Nolo te declamatorē cē ꝛ fabu
lū garralū q̄s sed ministerij peri
tū ꝛ sacramētoꝝ dei tui eruditi
simū. Verba volutare ꝛ celeritā
ti dicēdi apud imperitū vulg⁹
admiratiōnē sui facere indocto
rū hoim est. Et q̄bꝰ oibꝰ colligi
tur q⁹ nulli⁹ ꝓdicare ꝺz nisi sit
doct⁹. ita vt salē in eo sit medio
cris scia. ꝛ si nō mr̄tū eminens
vt hr̄ cē de cleo. c. Cū nob. Sz vt
biero. inqt ad paulinū. Dō me
dicoꝝ cē ꝑmittūt medici. tractāt
fabrilia fabri. Sola scripturaꝝ
ars est quā sibi oēs passim ven
dicant. Scribim⁹ indocti docti —
q̄s poemata passim. hanc garru
la anus. Hanc delir⁹ senex. hāc
sophista verbosus. hanc vniuer
si ꝑsumūt. lacerāt docēt anteq̄
discant. Alq. Adducto supcilio
grandia ꝯba trutinātes inr̄ mu
lierculas de sacris lr̄is philoso
phant. hec ille. Sz nōnulli im
periti. illitterati ꝛ idiote ꝑsum
ptiōis vento turnefacti scientiā
dānāt studia lr̄aꝝ sacraꝝ vitupe
rant. laudāt vo⁹ grantiā ꝛ rusti
catē Asserūt eni xp̄s būilimos
piscatores apl'os. s. ad ꝓdicādū
misisse. Dō paul⁹. i. Coꝝ. i. ap
probat ꝺi. Que stultra sūt mūdi
elegit ꝺs vt ꝓfundat sapientes
Si igit apl'i oino rudes ad ꝓdi
cationē euāgelij sunt electi. non
videt rōni ꝓsonū dicere scias fo
re ꝓdicanibꝰ necessariū. Talibꝰ
sic arguēntibꝰ rñdet hiero. ad pau
linū. Sancta q̄pe rusticitas so
lū sibi prodest ꝛ q̄stū edificat et
vite merito ecclias christi nō no
cet si destruēntibꝰ nō rsistat. Ma
lachias ꝓphā. imo ꝑ Malachiā
domin⁹ interrogat sacerdotes
legem intrantū sacerdotis offi
cium est interrogatū respōdere
de lege. Et in Deutero. legim⁹
Interroga pr̄es tuū ꝛ annūcia
bit tibi fr̄es tuos ꝛ dicēt tibi
in psal. quoꝝ. xcviij. Cantabiles
mihi erāt iustificatōes tue in lo
co pegrinatiōis mee et in deseri
ptiōe viri iusti cū eū arbori vite
dauid q̄ est i paradiso ꝓpararet in

ter ceteras ⁊ tutes. ℔ etiã intulit
In lege dñi volũtas e⁹ ⁊ i lc. a⁹
meditabit die ac noc. Daniel in
fine sacratissime visiõis Justos
ait fulgere q̃si stellas ⁊ intelligẽ
tes. i. doctos q̃si firmamẽtũ. Vi
des q̃tũ inẽ se distãt iusta rusti
citas ⁊ docta iusticia. Alij stellis
alij celo. alij cõparãt. Quãq̃ iu
xta hebraicã veritatẽ vtrunq̃ de
eruditis possit intelligi. Ita eni
apud eos legim⁹. Qui ãt docti
fuerint fulgebũt q̃si splẽdor firma
mẽti. ⁊ q̃ ad iusticiã eruditi
m'tos q̃si stellas i pperuas eter
nitates. Cur ẽ: Paul⁹ apl'os vas
electõnis. Nempe q: vas legis et
scripturaꝝ sctãrũ armariũ erat
pharisei stupẽt i doctrina dñi et
mirant in Petro ⁊ Iohe quõ le
gem scãt cũ nõ didicerint lras.
Quicq̃d eni aliꝰ exercitatio q̃
ridiana in lege meditatio tribue
re solz ℔ illis spũssetũs suggere
bat. ⁊ erãt iuxta qõ scriptũ ẽ do
cibiles deo. hec ille. Et cu⁹ verb
clare dephẽdim⁹ q: Iz apli scias
nõ habuerint acq̃sitã tñ illã ha
buerẽt infusaꝝ. Silr pi nr Fran
ciscus ex dono spũssci tñ pleni
tudinẽ gr̃e ⁊ scie accepit vt pdi
cãs oẽs in stupore ꝓuerteret au
diẽtes. Vñ dicit Bon. iij. pte le
gẽda maioris de eo sic ait. Erãt
eloquia ei⁹ nõ inania. nec risu di
gna. Iz tute spũssceti plena. erãt
medullas cordis penetrãtia ita
vt in vehementẽ stupore audiẽ
tes ꝓuerterẽt. ⁊ in. xij. pte legẽde
inq̃t Erat ℣ bũ ei⁹ velut ignis ar
dens penetrans intima cordis
omniũq̃ mẽtes admiratiõe re
plebat cũ nõ bũane inuẽtionis
ornatũ prenderet. Iz diuie reue
latõis affiatu redoleret. Scõa
conditio quã pdicator̃ hr̃e dz di
cit mũdicia. Debet eni cẽ mũd⁹
et imaculat⁹ nõ solũ in se Iz pri
mis exẽplo bono illos edificãs
Quia vt inq̃t Grẽ. in ome. Cu⁹
vita despicit restat vt ei⁹ pdica
tio ꝓdẽnat. Et Iero. ad nepo
tianũ ait. Nõ ꝓfundat opa tua
sermonẽ tuũ. ne cũ in ecclia loq̃
ris tacit⁹ dẽ rñdeat. Cur ẽ que
dicis ipse nõ facis. Delicat⁹ ma
gister ẽ q̃ vẽtre pleno deiunq̃
disputat. Et Iohes crisi. dicit. c.
Multi. ait. Si bñ vixeris ⁊ bñ
docueris ppl'm instruis. Si bñ
docueris ⁊ male vixeris rui, soluis
pdẽnator̃ es. Nã bñ viuendo ⁊
bñ docẽdo ppl'm instruis q̃mõ
debeat viuere. bñ ãũt docẽdo ⁊
male viuẽdo dcũ instruis quõ
te debeat condẽnare. Ad ℔ ꝓpo
situm etiã lactantius in. iij.
libro. di. institu. ait. Homines
malunt exempla q̃ verba. quo
niã loqui facile est prestare diffi
cile. Vtinam quidem tam mul
ti benefacerent q̃ multi bñ lo
quuntur. Et idem in. iij. libro. in
quit. Qui docet tantũ ne faciãt
ipsi ꝓceptis suis detrahũt pon
dus. hec ille. Nec sufficit extrin
secus exemplum bonum prebe
re: nisi ⁊ mens ipsa pdicatoris
intrinsecus fuerit mũda. q: vt
inquit Grego⁹ sup ezechielem

Sermo dulcedinē non ḃz infra-
cū sanctā vita reprōba remordet
P Tertia cōditio p̄dicatoris ꝟbi
dei ōz sapia siue prudētia. debet
nanq; prudēter doctrinā cōmu
nicare. ita vt nō sp oia dicat nec
semp oia taceat. ſz p loco et tpe
ſm q̄ videri auditoribus vtilitati
melius conuenire. hinc Greg. in pa
storali ait illud qō pōt. xliij. dis.
c. Sit rector. Sit rector discretus
in silētio vtilis in ꝟbo ne aut ta
cenda p̄ferat. aut p̄ferēda reti
ceat. Nā sic incauta locutio in
errorē p̄trahit. ita indiscretū si
lentiū eos q̄ erudiri poterāt in
errorē derelinq̄t. Sepe nanq; re
ctores improuidi būanā grām
amittere formidātes loqui libe
re recta primescūt. hec ille. Et li
cet in q̄libet officio publico ex
gat prudentia. ipsa tñ multū est
necessaria his q̄ predicāt ꝟbum
dei. ita vt locis psonis et tpibus
suos sciant aptare ſmōes. Naz
ſm apl'm sapiam loq̄mur inter
p̄fectos. paruulis aūt lac dam⁹
in potū. verūtamē p sepe ꝛiuz
fieri vidē⁹ ab insipientibus. p̄re
dicauit q̄dā tpe meo cōtā vetul'
vij. vel. viij. de ludo nlcaz. et do
minica sequēte deuicto sodomie
Alter ꝟo in die spūssancti cōtā in
genti multitudine doctoz viro
rum laudes narrauit scti Ber
bardini et similia multa omitto
ne videar probos p̄esvelle co
rigere. illud tñ silentio nō ē pre
tereundū. Qō quidā qui seruen
tes ſz vere pon⁹ furētes vocari
p̄nt: gloriant sub specie detesta
tionis vicioz talia publice tāq;
sordida et obscena spurissimaq;
verba fant q̄lia min⁹ q̄libet hi
strio iocula toz satyra et fetidissi
mus leno loqui erubesceret. et
q̄z imprudenti doctrina q̄ plu
res nedū petā quedā que ignora
bant didicerūt. vez etiā tilla p
petrari conati sunt. O reprehen
sibiles. O vicioſi. O denicq; ne
phandi vicioz corruptores. Au
dite beati Francisci ꝟsiliū in re
gula sic dictū. Moneo q̄q; et ex
hoto fres meos in dño Ihu
christo vt in predicatōe quā fa
ciunt sint examinata et casta co
rū eloquia ad vtilitatē et edifica
tionē ppli annūciādo eis vicia et
virtutes penā et gloriā cū breui
tate ſmonis. Nōnulli gloriant
ap'l'm induxisse ad risū et trufas
Contra q̄s hiero. ad nepotianū
ait. Lacrime auditoriū laudes
tue sint. hec ille. Tales aūt magi
dicendi sūt truffatores q̄s predi
catores qui q̄busdā gesti colla
tionibus et truffis conant ap'l'm in
risum vertere. igit qui prudēs ē
vicia hec reprehēsibilia. de quib⁹
dixim⁹ vitare curat. Quarta Q
conditio p̄dicantiū ōz parcitia.
Euenire quippe solz vt in mul
tos q̄ laudāt p̄dicatores inueni
antur nōnulli detractores qō
diuia agit dispēsatione. vt pon
dere detrahētiū fum⁹ dep̄mat
inanis glie q̄ omni possit ex verbi
blandiētiū. hinc Greg. vj. q. j. c.
Sunt plurimi inquit. Sūt plu

rimi quiritam bonoꝝ amplius q̄ debent laudant et ne qua elatio de laude subrepat permittit omnipotēs deꝰ malos in obtrectatione ꝛ obiurgatōe prorumpere. vt si q̄ culpa ab ore laudātiū in corde nascit ab ore vituperātiū suffocet. becille. Patiēter itaq; ꝛ equo animo ferēdi sunt rumusculi plebis. nec curandū est de omnib⁹ q̄ dicunt nisi talia essent propter que si nō prouocarent infamia notabilis in p̄iudicium animaꝝ oriri posset. Vnd Hieronimꝰ ad nepotianū ait. Caue ne dominū rumusculo aucuperis ꝛ offensam dei populoꝝ laude cōmutes. p infamiā et bonā famā christi miles graditur nec laude extollit. nec vituperatione frāgit ꝛ leta p̄tēnit ꝛ tristia. Per diem sol nō vrit eū. neq; luna p noctē. Hec ille. Et vere nisi p̄dicator patiens extiterit multam sentiet amaritudinē qui q̄ vnꝰ laudat. alter vituperat. laudāt docti subtilitates ꝛ p̄fūda dubia scripturaꝝ vituperāt ista vulgares ꝛ ignorātes. Extollūt ignorātes ꝛ mulierculę vulgarca q̄dam exempla siue fabulas ꝛ de illis viri periti qui nō hūt deuotionē risum suscipiūt. et sic p varietate audientiū varia ē opinio variusq; apprehendꝰ vnoquoq; p̄m suū motū referente. Quinta cōditio p̄dicatoris cuāgelij nuncupatur caritas. Nec facit p̄dicatores querere nō que sua sunt. sz que iesu christi. et .j. ad Cor. xiij. et. x capitis doctor gentiū ait nō querēs quod mihi vtile est. sz q̄ō multos vt salui fiāt. Quęrt que sua sunt q̄ predicant aut cupiditate glie aut apperitu ambitionis honoꝝ ꝛ dignitatū aut amore lucri ꝛ spe questus aut deniq; respectu cuiuslibet cōmodi tpalis. Nō stant ista cū caritate que deum diligere facit propter se ꝛ p̄ximū p̄opter deum.

De quinq; fructib⁹ et vtilitatibus verbi dei. ꝛ quare vtile est omnib⁹ illud audire libenter.

Capm̄ III

Ercīū my

sterium declarandus est de vtilitate audientiū verbū dei. et licz multi sint fructus et vtilitates deuote audientiū verbum dei. tamē nos in p̄sentiaꝝ tīm quinq; explicabim⁹ q̄tenus his fructib⁹ excogitatis vnusq; q̄ animē ad libēter ꝛ deuote audiendū illud. Prima ꝺ illūinatio. scōa p̄fortatio. tertia fructificatio. q̄rta delectatio. quinta exemplatio. Prima vtilitas verbi dei ꝺ illūinatio. illuminat q̄ppe intellectū hois sic̄ sol illuminat mūdū. Et de ꝺ inq̄t Dauid in ps̄. Declaratio sermonū tuoꝝ illu. ꝛ intel. d. par. Et iterꝝ. Lucerna pe. m. v. t. ꝛ lu. se. m. Illūinat siquidē mēs attēte audientium et cū vtilitate. Primo respectu credendoꝝ vt sciāt fidei rudimēta. Scō respectu colendoꝝ vt

deū colāt creatorē. Tertio respectu ab horrēdoꝝ vt vicia abhorreāt et vitent. Quarto respectu acceptādoꝝ vt vtutes acceptēt et insequnt. Quinto respectu spernendoꝝ vt mūdū spernāt ꝛ ei⁹ bona. Sexto respectu agēdorū. vt opa agāt que mādant i lege. Septimo respectu timēdoꝝ vt penas inferni timeāt. Octauo respectu desiderādoꝝ vt beatitudinē eēnā desiderēt. Nam nisi hec ꝛ hmōi pplis pdicarent hoēs velut ceci vanis inuoluerēt erroribꝫ. Scōa vtilitas quā conse quunt verbū dei audiētes dicit cōfortatio. Nālz multi sciāt bona que opari tenent ꝛ mala a q̄ bus sibi cauere dēnt nō q̄nq; nec bōa faciūt nec mala fugiūt deuiēt quadā tupiditate vl' pon⁹ sensualitate ꝛ delectatōe hoꝝ tpaliū. Alq etiam q̄nus sciāt penas inferni forte timēdas: desideran dūq; celū pieq; xpi passionē deflendā nō cor hūm insipidus sine timore sine desiderio ꝛ sine vlla pietate. Quz vo tales audiūt verbū dei frequent̄ cōfortant ad deponendū omnē tepiditatē ad amplectandas virtutes ad surgendū a peccatis ad cōparien/dū xpo passo ad timēdos gehēnē cruciatus. ꝛ ad desiderādum regnū dei. Quia vt Hiero. ait ad Paulinū. Habet nescio q̄d latentis energie vim vocis ac⁹ et in aures discipuli de doctoris ore transfusa fortius sonat. Vñ et belebines cū rodi erularet ꝛ legere illa Demosthenis oīo quā aduersus eū habuerat mirātibꝫ cūct' atq; laudātibꝫ suspirās ait. Quid si audissetis ipaz bestiam sua vba resonātē. hec ille. Quāta ār sit vis in vbo dei p̄dicatio apparet vndiq; ex mirād' exēplis tā aplorū q̄ aliorū. Petr⁹ nanq; post susceptōz spūsci vna p̄dicatione tria milia aiaz cuerunt ad xp̄m. Act. ij. Quid fecit Paul⁹ vas electionis. quid reliq omēs apostoli ꝛ discipuli xp̄i. Et dicebo nostris vnde q̄si renouata videtur religio xp̄i sustētata ecclesia et pcōres ad pniaz animati nisi ex auditu p̄dicantiū. O verbū dei būdictū. o verbū salutifez. o predicatio fecūdissima. o instrumētuz salubre quo cōmoueri possunt mētes dure ad agendā pniam ꝛ corda oim ad vtutes sectandas. Tertia vtilitas audientiū verbū dei dicit confirmatio. Fortificat eni eos qui boni sunt vt in meli⁹ p̄ficiant ꝛ p/seuerēt-ita q̄ ex verbo dei q̄si cōseruant ꝛ nutriunt sicut plantula que vt viricitarē fuet irrigat aquis. Ideo xp̄s ait Matb. iij Non in solo pane viuit homo. sed in oī verbo q̄d pcedit de ore dei. Quarta vtilitas ē delectatio. Delectat eteni vbū dei et recreat spūalit audiētes. Naz omnis anima bona lerāter audit magnalia summi imperatoris celoz. Et q̄nq; aliquē diligit de ipso libent loq̄t ꝛ libēter audit bene ō illo loqntes. Sic q̄ deū

amāt ⁊ er xp̄o sunt verba q̄ audiunt. vt ōz Joh. viij. Et marie magdalene q̄ dilexit multū. Lu. vij. saturari nō poterat audiēda verba mellifl̄ua xp̄i ihesu. Luc. x.

x Quita vtilitas ōz exēplario. ⁊Prebent nāq; audiētes verbuz dei exēplum bonū ꝓmisio suis. ⁊Nā sepe ꝓtingit vt bi q̄ infime sūt cōditōis videātes viros ḡues vt puta religiosos viros. doctos nobiles ⁊ honestos ciues ad p̄dicatōz ꝓfluere animēt. ⁊ ipi ad eā audiendā diligēter. Ergo vt finē huic ſmoni faciā cū tam grādia tamq; mirifica sint ꝓuilegia verbi diuini oēs aduoco cūctos inuito singulisq; clamo. Venite ⁊ audite vt audiēdū verbū dei acquirere possitis eius gr̄am ⁊ deinde pcire ad hr̄ām gl̄iaz in q̄ christus benedictus viuit et regn. in secula seculoz. Amen.

Feria secunda

post dominicā in septuagesima. De verbo dei ⁊ eī⁹ auditōe.

Sermo IX.

N corde bono ⁊ optimo audientes verbū retinēt et fructū afferūt in patia. verba sūt xp̄i ihesu saluatoris originaliter luc. viij. Quāuis multa dicta sint in supiori ſmōe de p̄dicatoverbo dei. restant adhuc de eius auditōe aliq̄ differenda. Opus enī est ꝓfutare illos q̄ vl audire respuūt vl negligēter audiūt: aut audiētes nō custodiūt verbū. Et requera satisq; necessaria est hec ꝓfabulatio vt iudicāt homines ad audiēdū verbū diuinū cū effectu ⁊ vtilitate salutis sue. Nam nō desunt dyaboli tēptamēta ad remouēdas mētes ab auditu spūalis doctrine cum ipsa sit q̄si sagitta vulnerās astutiam eius. idcirco de auditōe verbi dei dicere volētes notabim⁹ in hoc sermone principaliter tria mysteria declaranda. ⁊Primū ōz inductio. Scōm modificatio Tertium obligatio.

Qualiter omnes inducunt ad audiendū verbū dei a scriptura a natura et ab exemplis.

Capitulum I

Primum mysteriū declarandū de auditōe verbi dei ōz inductio. ad illū eternū audiendū inducimur ꝓpter tria. ⁊Primo ꝓpter naturā. scōo ꝓpter scripturā. tertio ꝓpter exempla. ⁊Primo inducimur vt libenter audiam⁹ verbū dei ab ipa natura. Nam vt Seneca ad lucillū ait. Docilis natura nos edidit. Et ſm Ciceronē in sua rheorica. is docilis est qui vult attente audire. Et vt idē cicero in q. tusculā. ait inest mentibus nr̄is insatiabilis quedam cupiditas veri videndi. Dō in. i. de officijs cōfirmat di. Omnes trahimur ⁊ inducimur ad cognitōis ⁊ scientie cupiditatem in qua excellere pulcrū pu

tamus ꝛ hoc ꝑm Arist. explicauit in. j. metha. inq̃ens. Omnes homines natura scire desiderãt et in. iij. etbi. et. ix. pte pbleuma tũ asserens. Addiscere quidẽ facile ꝛ delectabile natura oĩbꝫ ẽ. Cum ꝙ quasi incredibil' sit nũerꝰ ignorãtiũ viã dñi. et ꝓdicatorũ illã docent. natura ipsa mouere debet oĩm animos ad illos audiendũ Nec valet ꝙrundã de se supba ꝓsumptio q̃ se credunt oĩa scire. qm̃ vt ait sapiẽs Prouerb. j. Audiẽs sapiẽs sapiẽtior erit. Quinimo null' ẽ adeo peritus qui peritior fieri non possit. Vnde Lact. de ira dei de Socrate ait. Socrates cũ ẽet oĩm philosophoꝝ doctissimꝰ vt ceteroꝝ argueret in sciẽtiã q̃ se aliquid teneret arbitrabãtur ait se nihil scire nisi vnũ ꝙ nihil sciret. Et mercurius thermegistus philosophorũ maximꝰ dicebat. Maxima pars eoꝝ que scimꝰ est minima pars eorũ que ignoramꝰ. Jõ notabilia valde sunt hiero. verba q̃ ad palmachiũ ꝛ oceanũ ita scribit: dũ essem iuuenis nimio feruebam amore discẽdi nec iuxta q̃rũdaꝝ presumptionem ipse me docui. Appollinarem audiui antiochie freq̃nt ꝛ colui tã cautꝰ sperebatur caput ꝛ magistrum ponens q̃ discipulũ docebat. Perreri eñ Alexandriã audiui dictũ in multis ei grãs ago quia q̃ nescibã didici. q̃ sciebaꝝ illo docente nõ perdidi. putabãt me homines fuisse secessisse discẽdi. Veni rursus hiero solymã ꝛ hebreum quo labore q̃ precio. Barnabã nocturnũ habui ꝓceptorem Timebat eni iudeos ꝛ alteꝝ mihi exhibebat Nico demũ. hec ille. Si itaq; tantꝰ doctor luce sciẽtie ꝓdit audire vt addisceret nõ erubescebat que ꝓsumptio illa est eoꝝ q̃ vel ignorantes vl' pauci docti sunt dicentiũ se ꝓdicatores nõ velle audire. q: illa nõ egent propter tales vtiq; Seneca li. de trãquillitate animi ait. Puto mlt̃os ad sapiam venire potuisse si nõ putassent se peruenisse

Scdo inducimur vt ꝑmpte audiam⁹ ꝟbũ dei ab ipsa scptura. Concordãt q̃pe voces oĩm scripturaꝝ nedũ diuinaꝝ. veruꝝ etiã ꝛ moraliũ pbꝝ. Q̃ vnusquisq; sollicitus eẽ dz ad discendũ. Vnde Arist. j. etbi. ait. Qui neq; ipse intelligit neq; aliũ audiens in animo ponit hic inutilis natꝰ est. et Macrobiꝰ li. q. saturnaliũ. Sine doctrina vita ẽ q̃si mortis imago. et Tull'. li. q. q. tus. Vt ager q̃uis fertilis sine cultura fructuosus eẽ nõ ꝑt sic sine doctrina animꝰ. Et idem li. j. de oratore. Non ignoro ea q̃ bona sunt melioꝛa fieri posse doctria et iuriscõsultꝰ. ff. de fide cõmissa rijs libertatibꝫ. l. Apud iulianũ inq̃t cupiditas discendi est optima rẽ vuicẽdi. Vñ iulianꝰ dixisse ferꝛ ꝛ si alteꝝ pedẽ i sepulcro haberẽ adhuc discere q̃d velleꝝ Vnde est q̃ etiã sapiẽs Ecci. vj. ait. Si inclinaueris aurẽ tuam

B

accipies doctrinā. et si dilexeris. audire sapiēs eris. Et idē puer. xij. Qui diligit disciplinā. diligit scientiā. Et puer. xvij. qui cupit discere incidit in mala. et Prouerb. xix. Suscipe disciplinā vt sis sapiens in nouissimis tuis. Et. xxij. ibidē Inclina aurē tuaz et audi verba sapientiū. Sūt et alij hmōi scripturaz voces q̄si innūerabiles hortantes hoies vt pmpto animo audire velint verba doctoz z sapiētū vt z ipi p exercitiū discipline docti cuidere possint. Terno inducamur ad audiendū eos q̄ docent bene beateq; viuere ab exēplis Scribit eni Vale. maxim⁹ Ru. ō studio z industria. q̄ō etiā refert tullius lib. de senectute. Ob solon pbus significauit versib⁹ se quotidie senescētē aliq̄d discere. Supremo vero die vite assistētibus amicis quedāq; inter seferētibus satis iam pressus caput erexit interrogatusq;. Quapropē id feci? rndit. vt cū illō quicq̄d est de q̄ disputans peopero moriar. Et z Hiero. ad Paulinū inducit multoz pboz exēpla q̄ auiditate discendi nullū timuerūt laborē. Legim⁹ inquit in veteribus historijs quosdā lustrasse puincias nouos adisse populos maria trāsisse vt eos q̄s ex libris nouerant coram quoq; viderent. Sic pitagoras memphiticos vates. sic plato egyptū z architam tarentinū eam oram italie que quondā magna grecia dicebatur laboriosissime peragrauit vt qui attentis mḡ erat z port⁹ cuiusq; doctrina achademie gymnasia pfonabāt. fieret pegrinus atq; discipulus malens aliena verecunde discere q̄z sua ip:udēter ingerere. Deniq; cū Iras q̄si toto fugiētes orbe pſequitur captus a pirratis z venūdat⁹ ty/rāno crudelissimo paruit capti uus vinct⁹ z fuus. Tam ē quia pbs maior emēte se fuit. Ad ex tum liuij lacteo eloq̄ntie fonte manantē et vltimis hyspanie galliazq; finib⁹ q̄sdā vemiseno biles legim⁹. z q̄s ad sui cōtemplationē roma nō traxerat vnq⁹ hominis fama pduxit. Habuit illa etas inauditū seculi celebrādumq; miraculū vt orbē tantā ingressi aliud extra orbē q̄rerēt. Appollonius ille magn⁹ et vulgus loquit siue pbs vt pitagorica tradit intrauit persas trāsiit cācasū albanos citas massagetas opulentissima in dic regna penetrauit z ad extremū latissimo phison aie trāsmisso pcūit ac brachmanas vt hiarchan in throno sedentē aureo. z de rantali potantē inter paucos discipulos de natura de morib⁹. de cursu diez et siderū audiret docentē. Inde p be amitas babylonis caldeos medos assirios pbartos syros fenices arabes palestinos reuersus alexandriā perrexit ethiopiam vt gymnosophistas z famosissimā sol'mēsā videret i sabolo. Inuēit vir ille

£

vbiq; dā discere et sp̄ficiēs sp̄ se melior fieret. Scripsit sup̄ ō plenissime octo volumib⁹ philostratus. hec ille. Etidē hiero. ad nepotianū cōmēdās sapientie studiū ait ō demoscene. Sapiēs vir ille grecie Demoscenes cū expletis centū septē annis se mori cerneret dixisse ferk se dolere. q̄ tūc egrederet e vita cum sapere cepisset. Dic igit exemplis damnari p̄ temeritas illoz q̄ se existimāt omia scire. omia sapere. oia denicq; itelligere. Quo fit vt p̄dicatores doctos nō solum audire recusent. vez etiam et sepe parui pēdāt z aspnentur. et dictis m̄ clarissime cōstat nil vnicuiq; tm̄ conuenire posse q̄n tum audire disciplinā z eruditōnem. Nam et eius auditu fructū nō mediocrē suscipiūt viri z mulieres. senes z parvuli. boni et mali. docti pariē z indocti.

Q verbum dei est audiendū cum solliatudine. deuotōe. z humiliare. Caplm II

Ecunduz

mysterū ptemplādū dicit modificatio. in q̄ aperire licz q̄liter dei v̄bū sit ab omib⁹ audiēdū vt in oib⁹ fuek ordo debit⁹ z mēsura. Et ad h̄ intelligendū dico q̄ v̄bū audiri debet triplr. Prio solliate. Secūdo deuote. Tertio humiliter.

D Primo verbū dei audiendū est solliate. vt qui fructū a⁹ bie cupit eo nek a p̄ncipio interesse sermoni. Nam sūt nōnulli qui ad p̄dicationē ꝛfluunt. sed tamē ob pigritiā z somnolentiā raro integrā illaz audiūt. Alq̄ vo auaricia victi dieb⁹ ferialib⁹ nolūt p̄dicatōes audire timētes amittere tempus z lucra. Quib⁹ ego dico q̄ nō bñ faciunt quoniā si audirent ḡnāliter ita p̄dicatiōes nō exp̄deret in illis audiendis trium diez spaciū. Et tamē maius esset lucrum anime q̄ inde euenire possz q̄ lucrum omniū tempaliū bonoz. Sed si alicui tanta necessitate constringerek. q̄ nisi laborando victum acquirere non posset. tunc illū ad audiendū verbum dei nō compellerem. quoniā vt ait Aristo. in. ethopicoz. Melius est philosophari q̄ ditari. sed nō indigenti necessarijs. Secundo est audiendū verbum dei deuote. Et E hoc dico aut propter eos qui in predicatōne dormiunt. aut propter illos qui inter se confabulārur. aut propter alios qui de ambulando cum suo strepitu z irreuerentia predicatorē z ipsuz audiētes turbant. aut propter lasciuos et vanos iuuenes: leuesq; mulierculas que dum predicatur mutuo se se iocando cō cupiscendo ridendoq; conspiciunt. in quib⁹ nulla est cōpūctio nulla fides. nulla religio. Et propter hos oibus facit illud dictum Augustini. j. q. j. c. Interrogo sic. dixi vos, fratres vel sorores diate

mibi qd plus esse videt vob corpus xpi an ꝟbū xpi. Si ꝟo vultis rñdere ꝟ dicere debet, qz nō min⁹ verbū dei q̄z corp⁹ xpi. Et tō q̄nta solicitudie obfuamus qñ nob corpus xpi ministrat ne er ipso de manibꝫ nr̄is aliqd in terrā cadat tāta solicitudie obfuem⁹. ne verbū dñi q⁹ nob erogatur dū aliud cogitam⁹ aut loquimur de corde puro depereat. qz nō min⁹ reus erit q̄ verbū negligenter audierit q̄ ille q̄ corp⁹ christi sua negligētia in terram cadere p̄miserit. hec ille. Archiō. vero sup ℔. c. dic. Qō cōparatio corp̄is xpi ꝛ verbi p̄dicati nō sit respectu dignitatis ꝛ excellentie sed respū efficacie. qm̄ nō minore efficacia ꝓsequit qui cū deuotione audit ꝟbū dei q̄z qui cum reuerētia suscipit corp⁹ xpi. Vñ glo. sup dicto verbo di. Verbū id est p̄dicatio q̄ plures ꝓuertit et plus facit cōpungi hoiem ita vt oia pcā p eā tollant. ſz p corpus xpi tollunt tm̄ venialia. vt de ꝓse. dis. ij. c. Iterat. Tertio est audiendū verbū dei būiliter Consistit āt būilitas i auditore vt bn̄ intꝑtet ꝛ in bona parte suscipiat ea q̄ p̄dicant. Naz reperiunt ꝛ quidē plurimi q̄ vellent omia fm appetitū suū dici. nec cogitant q⁹ in p̄dicatione sanctificandū est tot varietatibꝫ psonarum. Alij autem si nō sentiunt euangelij tertū de verbo ad verbū explicari statim detrahunt murmurāt arguūt. d. xp̄m misisse apl'os ad p̄dicandū euāgeliū. Et tm̄ quicqd reducit ad dei ꝛ ad ꝓximi caritatē quicqd inducit hoies ad deū colendū. timendū ꝛ diligendū. quicqd deniq; ipsos a vicijs retrahit. ꝛ ad ꝟtutes hortat recte euāgeliū dicitur Vñ hiero. in epla ad Gal. scribit illud qđ ponit. j. q. j. c. Marcion. Marcebion ꝛ basilides ꝛ cetere hereticoꝝ secte nō habēt dei euāgeliū q⁹ nō bñt spm̄ sc̄m̄ sine q̄ būanū sit euangeliū qđ docet. Nec putem⁹ i verb̄ sc̄ptu rarū cē euāgeliū. ſz in sensu non in superficie. sed in medulla. non in sermonū foliꝭ ſz in radice rationis. Hec ibi nōnulli insuper egreferūt ſi qñq; vita reprehendant. eo q⁹ ipſi vicioſi sunt nec de suis vicijs corrigi patiūt ꝓ q̄ bus est illa Hiero. ſnia ad nepotianū. Neminē spāliter me⁹ fmo pulsauit. Generalis de vicijs disputatio est. Qui mihi p̄r⁹ iracūdꝫ iracūdi voluerit ipse de se q⁹ talis sit confitebit. hec ille. Concludo igit dicēdo omibꝫ illud Jaco. j. In mānsuetudine suscipite insitū ꝟbū qđ saluare pōt aias vrās.

QX obligant homies ꝓ loco et tpe audire verbū dei ꝛ memoriter retinere ac opꝫ implere.

Capl'm III.

Ertiū my

steriū declarandū dicitur obligatio. Obligant siqdez homies circa auditionē ꝟbi dei maxime ad tria. Primo ad illō

audiendū. Secundo ad rennen
B dū. Tertio ad faciēdū. Prio
obligant boies ad verbū dei au
diēdū. Nō accipi pt. tū qz vnus
quisqz suā salutez desiderare dz
quā alter pōt verbo dei mediāte.
tum qz ad ꝟ̄ inducī scīptura. vt su
per⁹ visum ē. Sz q̄ri pt. Cur n̄
p̄cepit eccīa audiri diuinū verbū
tā scīptū. sic̄ missas cū tāte vti
litatis sit audire p̄dicatōes. z di
am⁹ q̄ ꝟ̄ fit. q̄ p̄ tria. Prio ppt̄
obligatōem curatoꝝ. scōo ppt̄
paucitatē p̄dicatoꝝ. tertio ꝓpter
incōmoditatē ppl̄oꝝ. Prima
D ratio est ꝓpt̄ obligatiōem cu
ratoꝝ. Nā q̄ curā aiaꝝ dz tenet
suo ppl̄o p̄dicare. sic̄ pz in. c. su
per⁹ allegato in sermōe p̄cedēti
inf̄ cetera de offi. iudi. ordi. z. xxx
vj. dist. c. Ecce. et. xvi. q. j. c. Adiū
mus. c. Ecce. Si g̃ plan⁹ obligāt
suo ppl̄o p̄dicare g̃ populi ꝓ lo
co z tpe p̄dicationis dēnt audire.
Vñ ō ꝓse. di. j. c. Sacerdote. ōr
Sacerdote verbū in eccīa faci/
ente si qs egressus fuerit de au
dito⁹ ecclesiē. et in. c. Omnes
fideles. ōr Oēs fideles q̄ cōue/
niūt in solēnitatib⁹ sacr̄ ad eccle
siā z scīpturas apl̄oꝝ z euāgeliū
J audiāt. Scōo non obligaūt
ecclesia ad audiēdū ꝟ̄bū dei de/
termiate. sic̄ ad audiēdū missas
ꝓpt̄ paucitatē z raritatē p̄dica
toꝝ. qz rari sunt q̄ p̄dicēt z mul
R ti sūt q̄ celebrāt missas. Tertia
rō est ppt̄ incōmoditatē ppl̄oꝝ.
Nā multi sūt rurales z in mō/
tibꝰ habitantes z i alijs locis q̄b⁹
difficile sic eēt audire p̄dicatiōes
sicut z missas. Non tñ excusant
hmōi ꝓ⁹ loco z tpe addiscere q̄
aliquā viam q̄ sunt f̄m statum
suū eis necessaria ad salutem.

Scōo obligāt homies ad ver L
bū dei retinēdum. Debz nanqz
vnusqsqz facere qđ in se est vt z
sīnō omniū que p̄dicant salutez
aliq̄ memoriter teneat. Ad qđ
multū ꝓdesse pōt domestica
confabulatio z cōmunicatio eiꝰ
vroꝛe filijs aut amicis de his q̄ M
p̄dicata sūt. Tertio obligāt ho
mines ad verbū dei faciendū.
Nam vt ōr Luc. xj. Beati q̄ au
diūt verbū dei z custodiūt illud.
et Matb. vij. xp̄s intulit. Dis
qui audit verba mea z facit ea
assimilat viro sapiēti qui edifi/
cauit domū suā supꝑ petrā. Et de
scendit pluuia z venerūt flumia
et flauerūt venti z irruerūt sī do
mū illam z nō cecidit. Fundata
enim erat supꝑ firmā petram. z
omis q̄ audit verba mea z non
facit ea. similis est viro q̄ edifi
cat domū suā supꝑ arenam. z de
scendit pluuia z venerūt flumia
et flauerūt venti. z impegerunt
domū illam. z cecidit z fuit ruī/
na eius magna. Hinc etiā z Ja
cob⁹. i. c. ait. Estote factores ver
bi z nō auditores tm̄ fallentes
vosmetipsos. qz si qs auditor ē
verbi z nō factor. hic cōparabit
viro cōsideranti vultū natiuita
tis sue in speculo. Consideravit
enim se z abiit et statim oblit⁹
est q̄lis fuerit. ergo seruenk em

nia q̄ tacta sunt de auditiõe ꝟbi dei vt sit semẽ cadens in bonaz terrã. nõ secus viã. nõ supꝑ petrã nec inter spinas. afferẽs fructũ ꝓout saluator benignꝰ i lectiõe euangelica explicauit. quã ꝛ apo suit ꝑ similitudinẽ loq̄ns ideꝝ illam exposuit. sicut ꝓz in tertu sapiẽter ꝯcludens. Qõ q̄ bona corde deuotaꝝ mente dei ꝟbũ audiũt fructũ in ꝑsenti suscipiunt gr̃e et in futuro gẽnis glorie in q̄ xp̃s saluator omniũ sedet ad dexteram patris. cũ quo viuit et regnat in secula seculorum Amen.

Feria tertia

post dominicã in sexagesima. De seueritate diuie iustitie que mouere debet peccatores ad penitentiam. Sermo X.

Eddet v

nicuiq̄ ſm opꝰa. Domini nr̃i Jesu xp̃i verba sunt ista originaliter Matthei. xvi. Letantur plurimi i malis suis. neq̄ de illis penitẽtiã agere vllo pacto proponunt. q̄nã non arbitrantur deũ peccatorũ suoꝝ vltorẽ. Quinimo falsa sibi blandiũtur et ꝑsuadent nullã post hanc vitam obstinatis peccatoribꝫ penaz a iusto iudice forte paratã. Quo fit vt in dies deteriores fiant et ad vicia quilibet sine timore labant. Quapropt̃ in ꝓsenti ſmõe aliqua de diuine iustitie liberalitate seueritate differre statui. vt ꝑ eius tremendã ꝯsideratiõz dura peccatorũ corda mo lestãt quibꝫ ostẽdemꝰ q̄ seue si se nõ correxerint punient a deo. q̄nã ipse vt verba ꝓposita dicũt reddet vnicuiq̄ ſm opus suũ bonũ. scz gaudia paradisi ꝛ malis gehenne cruciatũ. in q̄bꝫ verbis de diuine iustitie seueritate tria mysteria sunt ꝯsideranda. Prim̃ diuine punitio. Secũda restrictio. Tertiũ permissio.

Qualiter deus punit malos post hanc vitam si se nõ correxerint contra eos qui dicũt non esse aliud malũ neq̄ bonum q̄ illud qõ experimur in ꝓsenti.

Capitulum Primũ.

Primum

mysteriũ considerandum de seueritate diuine iustitie dicit punitio in quo declaranda est falsa ꝛ erronea sententia ꝛ opinio eoꝝ qui dicunt. Non expedire peccatoribus ad pniam reuerti. q̄ post hanc vitam nullũ amplius sentietur malũ. Contra tales ergo theologi sacri sic potentissime arguunt. Vbicũq̄ est sũma iustitia. ibi debet esse iusta meritorũ retributio. Sz cũ nõ puniat malos in hac vita. ergo puniat illos post hanc vitaz. Maiꝰ ꝓpositio constat ex dicto Tullij

Capitulum I

in epistola de casu reipublice. d. Justicia est constās ⁊ perpetua voluntas ius suum vnicuiq; tribuēs. Et hec ē diffinitio iusticie q̄ hr. ff. ō iusti. ⁊ iur. l. iusticia. Et institutra de iusticia ⁊ iure. l. Justicia. Probare etiam debemus tria que continētur in ratōe pretacta. Primo iusticie diuine veritatem. Secūdo malorum in hac vita impunitatē. Tertio cōtra ipsos rigidam asperitatem.

Primo probare debemus diuine iusticie veritatē. Et ad hoc sūt scripture sacre copiosissima dicta. Vnde Dauid in psalmo c. ait. Justus dominꝰ ⁊ iusticiā dilexit. equitatem vidit vultus eius. et Psalmo .xviij. Justicie dñi rec. le. c. et Psal. xxx. In iustitia tua libera me. et Psalmo xxxix. Annūciaui iusticiā tuam in eccla mag̃. et Psal. lxx. Memorabor iusticie tue solius. Et pſ. lxxxvij. Justicia ante eū ambulabit. et Psal. xlvij. Justicia dñi plena ē terra. et Psal. lxxxvij. Justicia ⁊ iudicia p. se. te. Et pſ. cr. Justicia eiꝰ mānet in se. se. et Esa. j. Dicit dñs iusticia mea nō deficiet. et Esa. lx. Judutus est iusticia ⁊ lorica. et Baruth. j. Domino deo nostro iusticia. et Hiere. xij. Justus quidē tu es domine. et. j. Thimo. iij. In reliquo reposita ē mihi corona iusticie quā reddet mihi dñs i illa die iustꝰ iudex. Sz aliqs pōt arguere. Q̄ in deo nulla sit iusticia. Primo q; fm pbm. v. ethi. c. ij. dñi ad seruū non est iusticia quia iusticia in quadā equalitate ad alterū consistit. sed deus ē dñs omniū. g̃ in ipso nō ē iusticia. Secundo arguitur quia iusticia respicit debitū. Deus autē nulli ōbitor est. g̃ in ipso non ē iusticia. Hanc qōnē solute rich. de media vil. l. xxi. dis. iij. ar. Q̄ iusticia p̄t accipi p rectitudie volūtat̄ q̄ vult aliqs reddere vnicuiq; in distribuendo vel cōmutando qō ei debet. Et fm ō duplex est iusticia. s. distributiua q̄ aliqs vult oib; q̄ sunt de cōmunitate distribuere bōa cōia fm debitā proportiōis equalitatē. Et cōmutatiua qui aliqs in cōmutādo vult ſuare ōbitam eq̄litatem fm q̄ntitatē. Cōmutatiua iusticia, p̄prie loq̄ndo in ō non est. quia nulli est debitor ex legis necessitate ⁊ de bono retribuit vltra meritū. ⁊ de malo citra ōmeritū. Justicia vo distributiua in deo est. Omib; eīm distribuit bona sua fm debitā proportiōis eq̄litatē. Ad p̄mū g̃ argumētū dicendū Q̄ licz dñi ad ſuū nō sit iusticia cōmutatiua fm plenaz rōnē eiusdē. q; inter dñm ⁊ ſuū nō est eq̄litas. eo q̄ oia q̄ sunt serui sūt dñi. Tamē dñi ad ſuos p̄t ee iusticia distributiua q̄ nō requirit eq̄litatē q̄ntitatis sz proportionalitatis que est eq̄litas duaꝝ p̄portionū q̄ ꝓsistit in hoc ſuꝰ proportionaliter retribuit scōm merita sua. Ad scōm dicēdū q̄ ⁊ si ō nulli crea

ture sit debitor & recepto tñ debitor est et promisso. Nulli enī est debitor nisi cui vult. Si autē querat quare vult nō rñdebo. nisi quia vult q; voluntas sua est prima causa. Hec rich. Ergo q̄z nus deus nihil patiat et peccat, cōmissis. nihilq; a⁹ infinite bonitate adaugeat et bonis commissis. tñ malos punire bonos q; premiare et iusticia distributiua debet qm̄ sic ipse promisit. Dixit enī p prophetā ps. xxxvj. Qui malignant extermiabunt et Apocalip. xx. Ecce venio citor merces mea mecū est dare vnicuiq; sm opa sua. Propter hoc dixit sapiēs prouerbioz. v. Iniquitates sue capiēt impiū & funibus petōz suoz cōstringet. et Prouer. xj. Simplicitas iustoz diriget eos. & supplantatio puersoz vastabit illos. et Prouerb. xiij. Peccatores pseqtur malū & iustū retribuētur bona. et Prouer. xiij. Dom⁹ impioz delebit tabernacula iustoz germinabunt. et Job. xxij. Opus bomis reddet illi deus. & iuz vias singulorū restituet. et Paulus ad Galath. vi. ait. Que enī seminauerit hō. hec & metet. Et p̄ma ad Coz. iij. Unusq̄sq; propriā mercedē accipiet sm suum laborē. & Epbe. vj. Unusquisq; q̄cūq; fecerit, bonū hoc accipiet. Que autoritates & sctōz dicta iusticiā distributiuā summi dei narrāt. Sed oppbare debem⁹ petōz impunitatē, scz q; in hac vita non omnes peccatores de suis malis puniunt. Et ad hoc est autoritas Job. xij. d. Abundant tabnacula p̄donū. et Hiere mie. xij. Qui sic deū alloquit. Quare via impioz prosperatur bñ est oibz q̄ prevaricant & iniq; agūt. Plantasti eos et radicē miserū & proficiūt & faciunt fructum. et Abacuch idē dic. j. ci. Quare nō respicis sup iniq̄ agētes & taces devorante impio iustiorem se. Et ne m'ra dicam⁹ Expiēna oim rerū magistra docet, qualr m'ri iniq̄ i via sua mala p̄spank. Tertio probare debemus ꝑra illos sic prosperātes preparatā esse post hanc vitam rigidā severitatē penamq; horribilem damnationis eterne. Et ad hoc propositū sic dicit Augustin⁹. xx. libro de ciui. dei. cap'o. vj. Nunc autē & mala ferre equo animo disam⁹ que patiuntur & boni. & bona non magni pendere que adipiscūtur et mali. Ac per hoc & in his rebus in quibus nō apparet diuina iusticia salutaris est diuīa doctrina. Nesamus enī quo iudicio dei bonus ille sit pauper mal⁹ iste sit dives. iste gaudeat quem pro suis perditis moribus cruciari debuisse meritis arbitramur cōtristetur ille quē vita laudabilis gaudere debuisse p̄suadet. Exeat de iudicio nō solū inultus. verū etiā dānat⁹ innocens aut iniqtate iudic̄ pressus aut falsis obrut⁹ testimonijs.

Econtrario celest⁹ aduersari⁹ a⁹ nō solū impunius vez cuiā vindicatus insultet. Impi⁹ optime valeat pius languore tabescat. Latrocinétur sanissimi z q̄ nec verbo quēq̄ ledere potuerūt diuersa mozboz atrocitate affligant infantes. Vtilis rebꝫ hūanis in natura morte rapiat. Et qui videt nec nasci debuisse diutissime insup viuat. Plen⁹ criminibꝫ sublimet honozibꝫ z bominē sine q̄rela teneb⁹e ignobilitans abscondāt tē. hmōi q̄ q̄s colligit quis enūerat. Que si haberent in ipsa velut in absurditate ꝓstantiā vt in hac vita in q̄ homo sic facer psal. eloquit vanitate sic is factus est. z dies a⁹ sicut vmbra ꝑtereūt. nōnisi mali adipiscerent trāsitoria ista bona atq̄ terrena. nec nisi boni talia paterent mala posset ꝟ referri ad iudiciū iustū dei. siue etiam boni gnū. vt q̄ nō erant assecuturi bona eterna que facūt brōs tpalibꝫ decipent. vel p malicia sua vel pro dei miseria ꝓsolaret bonis. z q̄ nō erāt passuri eterna tormēta tpalibꝫ vel pro suis q̄busc̄q̄ vel q̄nulisc̄q̄ peccat⁹ affligerent. vl' ꝓp' ē implēdas virtutes exercerētur malis. hec ille Et ides in li. de ciui. dei. c. vij. ait. Placuit q̄ppe diuine prudentie preparare in posterꝫ bona iustis quibꝫ non fruent iniusti z mala impijs q̄bꝫ nō exercitabunt bonis. ista vero tpalia bona z mala vtrisq̄ voluit ee cōmunia vt nec bona cupidi⁹ appetant q̄ mali quoq̄ bre ceruunt nec mala turpiter euitent. q̄bꝫ z boni plerunq̄ afficiūt. Interest āt plurimū qualis sit vsus vel eaz rez que ꝓspere vel eaz que dicunt aduerse. Nam bonus rēpalibꝫ nec bonis extollit. nec malis frangit. Malus autem vtrisc̄emodi infelicitate punit. q̄ felicitate corrumpit. Vñdit tñ de⁹ sepe etiaz in his distribuendis euidentius operationē suā. Nā si nūc omne penū māifesta plecteret pena nihil vltimo iudicio reseruari putaretur. Rursus si nullū peccatuz nō puniret aperte eius diuitas nulla esse diuina prouidentia crederet. Simil'r in rebus secūdis si nō eas de⁹ q̄busdā petentib⁹ euidentissima largitate concederet nō ad eū ista ptinere diceremus. Iremq̄ si omib⁹ ea petentibus daret nōnisi ꝓp' talia premia fruendū illi esse arbitrarentur. nec pios nos faceret tal' seruitus sed pon⁹ cupidos z auaros. hec ille. Non letētur q̄ peōres z inimici dei q̄bus bland⁹ ē mūd⁹ si ꝓspa viderint sibi cuncta succedere. q̄ nō est abbreuiata man⁹ dñi q̄ peā q̄ nūc impunita relinq̄t strictius puniēda reseruat post hanc vitā. O pfidi peccatores ad vos clamo vobisq̄ dico. Nolite ꝓfidere in iniq̄tate. Nolite inebriari dulcedine bonoz hui⁹ mūdi. q̄ oia tpalia cito deficient z illoz gaudiuz q̄ō in pūcti gustatis vob cōuertet in

luctum. Non tristenk insup bi q deo fuiūt si in pñti aliq̄ō panāk laboriosum. qz post laborē cala mitatis et crūnas obsequnk qes et par oimq; bonoz affluentia in repromissa felici ac brā vita.

QX p vno solo petō mortali iustus deꝰ dānat eternal'r animaz neq; sufficiat penitēna de omīb⁹ alijs si vnū solū retineat.

Lapl'm II

Ecundum

mysteriū declarandus de seueritate diuine iu sticie ꝺz restrictio in q̄ disputan dū est ꝫ nōnullos q̄ ml'ta p̄ctā relinq̄ntes aliq̄ō tm̄ sibi in q̄ de lectenk refuāt ꝓfidentes p tales pniam posse saluari. Querik q̄ vtrū taz restricta tanq̄ arcta sit dei iusticia vt p̄ vnū solū pec catū mortale dānare velit cum qui de oīb⁹ alijs pniaz egerit il lo solo refuato puniēs illū z p illo' z p oīb⁹ alijs. Et rñdek q̄ sic tra q̄ si vnꝰ mille petā mortalia cōmisisset. et p illis oīb⁹ tandez vno dūtaxat excepto longā feci sset pniam morereq; cū illo pec cato mortali dānatus vtiq; fo ret z poneret pro illo ac p alijs de q̄bus pniam egerat illo vno stante. probak aūt ꝺ q̄ dicim⁹ tripl'r. Prio autoritate. scōo rōe tertio exemplis. Primo auto ritate. Unde sapiēs Ecci. xix. ait. Qui in vno peccauerit ml'ta bo na p̄deꝛ. et Jaco. ij. c. ꝺr illud q̄ ponik de re. iur. c. deflcat. Qui to tā legē fuauerit offēdat aūt in vno factus est oīm reꝰ. Et de pe. dis. iij. c. Pniaz agere p̄ e. c. Si apo stol⁹. Greg. ait. Quid cui p̄dest si petā luxurie q̄s ōfleat. z tm̄ ad hec auaricie estibus anhelat. et Aug. in li. de pnia inc̄t illud q̄ ponik de pe. di. iij. c. Sunt plēs. Sunt plures q̄s penitet pecc̄as se sed nō oīno refuātes sibi q̄dā in q̄bus delectenk nō animaduer tētes dñm multū simk z surdus a demonio liberasse p ꝺocens nos nunq̄ nisi de omīb⁹ posse sanari. Si enī vellet petā ex p̄te refuari ꝺnēz septē demonia p ficere poterat ser expulsis. Ex pulit aūt septē vt oia crimia sil' eyacnda doceret. Legionē autē ab alio eyctēs: neminē rel'q̄t de oīb⁹ q̄ liberatū possiderēt: ostē dens q̄ si petā peccata sint mille oportere de omibus penitere.

Scōo p̄bak rōne q̄ deꝰ nec pe nitentiā acceptat illoz q̄ sibi alī q̄ō petm̄ refuāt. neq; si eos dā nat illoz penā remittit. Et est p̄ ma ratio. ꝺ. Bonauen. z Rich. de media vil. in. iij. dis. xv. Quia oīe petm̄ mortale ꝫ̄ria gratie gratū facienti sine q̄ petā remit ti nō p̄t. Et q̄ in aia nō p̄t esse simul petm̄ z̄gia p̄dicto vno pec cato mortali tm̄ huic gr̄e ꝫ̄rian te nō p̄t de alijs venia impetra ri. Et dicik rō ista cōtrariationis.

Scōa rō est quā tangit Tho. iij. p̄re. q. lxxxvj. que dicit p̄t falsi ficatōis. Nam ꝺs petā nō dimit

tit sine penitentia vera Sed penitētia que est in anima adhuc vl'actu vl' volūtate peccāte mortalr est pnia falsa. ḡ deus p talē pniam falsam minime peccā dimittit. Ideo ait Isidor⁹ de pe. disq. c. Irriso. Irriso est non penitēs q̄ adhuc agit qō penitz nec videt deū poscere subditus sed subsannare supb⁹. Et de pe. di. v. c. Frēs nros. di. Falsam penitentiā constat eē cū spēr' pluribus de vno solo pnia agitur.

Tertia rō f̄m p̄fatos theolo. est pfectōis. q; deus pfectissim⁹ nihil facit imperfectū. Cum ḡiustificatio impij sit op⁹ dei debet esse opus pfectū. Aut ergo nihil dimittit f̄m ordinē sue iusticie. aut totū f̄m condescensionē sue infinite misēie. Et h̄ inq̄t Aug. in p̄allegato. c. Sunt plēq̄ q̄daz impietas infidelitatis est ab eo qui iust⁹ z iusticia est dimidiam sperare veniaz. Nec p̄terea tñ desperandi sunt pctōres qui de multis pniam agūt vno refutato cū facili⁹ possint ad gr̄am et verā pniam redire. si mlta peccā vel aliq̄ liq̄ nō omia deponāt.

Tertio probat q̄ tam arcta sit dei iusticia vt p̄ter vnū solū peccatū mortale dāner eiz qui cū illo et hac vita migrauerit manifestis exemplis narrat q̄dem Grego. in. iiij. dyal'. libro. q̄ fuit in mōasterio q̄dam monachus vnus. q̄ cū appareret vir prob⁹ et totus religiosus exteri⁹ lōge aliter q̄ apparebat fuit. Nā cū se ieiunare cum fr̄ibus demonstraret: occulte manducare consueuerat. Corpis āt supuenīte molestia ad vite extrema p̄ductus est. Qui cū iam essz in fine frēs oīs ad se qui erāt in mōasterio vocari fecē. At illi putabāt viro moriente magnuz quid ac delectabile se ab eo audire. Quibus ipse afflictus z tremens cōpulsus est prodere cui hosti traditus cogebat exire. naz dixit q̄m me vobiscū ieiunare credebatis occulte cōmedebā. Et ecce nunc ad deuorandū draconi sum traditus q̄ cauda sua gentua mea pedesq̄ colligauit caput vero suū intra meū os mittēs spīm meū ebibens abstrahit. Quibꝰ dictis statim defunctus est atq̄ vt penitendo liberari potuissz a draconē quē viderat expectar⁹ non est q̄ nimirū constat q̄ ad solā audientium vtilitatem viderit.

Ad idem est exemplum quod recitat Cyrillus scribēs ad Augustinū de transitu hiero. Nepos inquit quidē me⁹ Ruffus nomine vtroq; primatus parente a teneris annis ad meas deuenit manus qui vtinam ex vtero non exisset ne illi quod sustiner contingisset. Quem tanta diligentia enutriui vt a pluribus a me genitus putaretur. Crescens itaq; infelix puer etate q̄dē nō sapia ingēti pulcritudie corpis decorat⁹ sz nō aie a cūctis dilectōe superflua colebatur. Jamq; xviij. etatis sue anno im-

beallis ꝛ miserrimus expirauit. De cui⁹ morte rãtus ab oĩb⁹ in sonuit luct⁹ q̃ vix ꝑ menses' potuit quietari. Ar ego nimie eius incũbens dilectioni pluries rogaui gloriosum hieronimũ vt mihi q̃d accideret nepoti meo reuelaret. Quanti aũt mihi die q̃dam hora nona tant⁹ affuit fetor q̃ nullaten⁹ potui sustinere Et dũ tacitus admirarer vnde tant⁹ fetor esset supra meũ ver tice elevatis oculis infelicẽ nepotẽ meũ vidi terribili visione ita q̃ visus in eũ imprimare nõ audebam. Nã catbenis igneis circũligat⁹ flãmas fetidissimas erũpebat. Ad hãc terribilẽ visionẽ subito me tant⁹ timor invasit. vt dũ plurimũ loq̃ vellẽ formare voce penit⁹ nõ valerẽ. Postremo aliq̃ntulũ ad me rediens si me⁹ erat nepos voce cepi percũrrere tremebũda. Ad hec inquit ille vlulatibꝫ ꝛ suspiriꝫ. Vtinã nõ essem ne tam diris essem cruciatibꝫ deputat⁹. Nam scias me ꝓpetuis tribꝫ mãsionibꝫ tartareis ꝓmãsuꝝ. Heu q̃d. His dictis tant⁹ mihi dolor affuit vt per plurimos sim mirat⁹ quõ e vita prinus nõ decesserim. Longis ãt expletis colloquijs ab eo sussitatus fui. Cur ita diuinã miseri cordiã ꝓdiderat cũ tot ꝛ tantis videret pollere. Pro nulla inq̃t me scias causa fore damnatum nisi q̃ in ludis maxime delectabar. Atq; in morte voluntarie postposui confiteri. Quibꝫ dictis disparuit. et tantus fetor remãsit vt in illũ locũ ꝑ magnuꝝ spaciũ null⁹ ausus sit introire. hec cyrillus. Ve igit hijs q̃ cuꝝ talia vel legũt vl audiũt nõ nimẽr nõ mutanꝫ non ꝙuertunt ad dñm deũ suũ. Nam si ꝑ vno peccato solũmõ hoiem deꝰ iustitia eternaliter dãnat quid faciet ꝑ multis. O somnolenti pectores. O peregrini velocissimi et aduene in hoc seculo ꝓsiderate q̃ ventura sunt ꝛ agnoscite q̃nta vob in penitentibꝫ ꝛ in peccatis obstinatis diuina iustitia cõminat mala nec sufficit aliqua pecta relinquere, vt patꝫ ex dictis nisi omia parite relinquantur.

Qualr deus iusto iudicio permittit eos q̃ pniam differũt vsq; ad extremũ vite impugnari variꝫ impedimentis.

Capl'm III

Ertiũ mi

sterii cõtemplãdũ de severitate dine iustitie contra pectores impenitẽtes dicit ꝑmissio. Cõsueuerũt nãq; in peccatis suis aliq̃ esse securi ꝑmittẽtes sibi in extremo vite pniam se facturos. Verũtn iustitia dei severa q̃ frequenter ꝑmittit tales impugnari maxime a tribꝫ quibꝫ eoꝝ pnia impeditur. Primo a passionibꝫ. Secundo a demonibꝫ. Tertio a parentibꝫ. Primo ꝑmittit deus tales peccatores impugnari a passionibꝫ. Nam vt inq̃t Scot⁹

pdimentū sapie et vtutis fec̄ ꝺ Socrates qđ oim ꝓhoꝝ fecte tangꝫ sapie z vtutis vnicū fontē veneranť. Et lacť.li.i.di.inſti.ait. Nā z abiecisse q̄ſdā reo familiares suas z renūciasse vniuersis voluptatibꝫ ꝓſtat.vt solū nudā q̄ virtutē nudi et peditiq; seq̄rēť Cōcludim⁹ g̃ p oīa dicta q̄ diuites cū q̄b⁹ vtutes stare nō pñt. eťnā salutē nō hēbūt: Si ꝫ obij ci pōt.ꝺr enī Prouer.xij. Redēptio aie viri diuitie ꝑpe.et puer. xxviij. Propť iopiā mlti obligāt et Salustⁱ⁹ ī catlinario. Sēp in ciuitate q̄b⁹ opes nulle sē bonis inuidēť.malos extollūt.veteres odere.noua cupiūt odio suarū rez mutari oīa studēt.z Aristote.iij.ethi. Diuitie sūt vtiliū. Et q̄.rhetoꝝ. Unū aliq̄d necēsariū est substātia. Et ibidē. Dio in digēris mala ē.et.i.politice. Res possessa organū est ad vitā.et.q. politi. Cōfert mlitudo subie. Et in euāge. Lu.xix. de zacheo diuite ꝓncipe publicanoꝝ rp̄o dixit Hodie huic domui sa.a.ꝺo f.ē. et Matth.xvij. Centurionē sub se milites būtē nō dānauit sz potⁱ⁹ approbauit fidē eⁱ⁹ ꝺi. Nō inueni tantā fidē in isrl'. Rūdeo ad hāc q̄onē q̄ diuitie pñt bñ cū petō z absq; petō. Cū petō būntur tripliciter one. Prima ꝺr inordinate affectiōis. Secūa impie iniustificationis. Tertia indebite dispensationis. Prīa rō q̄re dānabiles sunt diuitie ꝺr inordinate affectiōis cū q̄s ad illas inordinate afficiť ꝓstituēs in eis bñ rudiſtinē.z sic intelligunť oēs autoritates q̄ videnť ꝓcludere q̄ diuites saluari nō pñt.sz q̄ndo diuitias deligūt tāq; fūm ū bonū ꝓpter deū. Unꝺ pē. Diuine si affluāt nolite cor appo.et Seneca ad lucil. Diuinaꝝ tibi possessiōz nō inꝺico sed afficere volo.vt illas irrepide possideas. Ꝺē vno ꝓsequis mō si te eriā sine illꝰ bñ victuꝝ ꝑsuaseris tibi. Propter ea Aug.li.i.ō ci.ꝺei.c.x.ait. Cū aplꝰ dicit. Qui volūt diuites fieri incidūt in rēptationē rē. ꝑfecto in diuitijs cupiditatē repbēdit nō facultatē quā ꝑcipit alibi dicēs. Precipe diuitibꝰ mundi non sapere sapē neq; sperare in incerto diuitiaꝝ sz i deo viuo q̄ ꝑstat nobis oīa abūdanť ad fruendū.et Hiero.ad Saluiniā ō nebridio et viduitate. Nec diuiti obsunt opes si eis bene vtať.nec pauperꝫ egestas cō mēdabiliorē facť si inꝺe sordes t inopiā petā nō caueat. Utrq; nob testimoniū z abrāā patriarcha et q̄tidiana exēpla suppeditāt. q̄ꝝ alter i sūmis diuitijs amicꝰ ꝺei fuit. Alij q̄tidie i scelerib⁹ deꝑhēsi penas legib⁹ solūt ꝺe abrāā. Insup idē ad palmacbū ita scribit. diues erat abrāā auro argēto pecore possessione multāq; familiā hēbat ita vt ad subitū nūciū armare possz exercitū iuuēnū electū.z q̄tuor reges q̄ fugerāt in belā secutus occiderat in post crebꝝ hospitalitatis officiū ꝺū boues nō recusat susci

pere meruit deū. Nec. ille. Damnat ḡ non diuitiaꝝ possessio ſz illaꝝ nimi⁹ supflu⁹qꝫ amor. Sūt aūt hec amoris vicioſi tria p̄n/cipalia signa. Primū cum q̄s ſine rec̄ indigēcia pl⁹ debito in diuitijs acq̄rēdis ſe occupat ⁊ affligit de q̄ dr Eccl. iij. Vnus eſt et ſecundū nō bz nō frēm nō filiuꝫ et tñ laborare nō ceſſat nec ſatiꝫ netur oculi ei⁹ diuitijs nec recogitat dicēs. Cui laboro ⁊ fraudo aiam meā bonis. In q̄cūqꝫ va/ nitas ē ⁊ affliccio peſſima. Se/cundū ſignū q⁹ q̄s inordinate di/ligit diuitias eſt cū illas q̄b⁹ ipe nō eget, p̄ꝫ deū paupib⁹ diſpen/ſare recuſat. Et de b̄ diffuſi⁹ loq̄/mur in f̄mōe de elēoſina. Ter/tium ſignū eſt cū q̄s ſe diuitiarū fuū facit. Nā ſunt nōnulli q̄ di/uitias etiā ad p̄priū cōmodū ne ceſſitate vrgēte exponere nolūt. Nouī et ego Jobem fuſco vene/rabil' eccl̄ie ſancte Marie maio/ris de vrbe canonicuꝫ ditiſſimū q̄ plura b̄ficia b̄ñtez. eratqꝫ ei ſubſtātia mlta. abūdabat vino frumēto. armēt̄. ⁊ pecunijs. Re/māſerant etiā ei argētea vaſcula indumēta. panni. libri ⁊ alia bo/na plurima quōdā fris ei⁹ cardi/nalis ſancti Marci. Jpſe tamē miſer ⁊ miſerior ceteris auaricia vict⁹ panem ⁊ aquā ſepi⁹ come/debat. Mulam cui inſidebat ne famulū precio detineret ipſe ſo/lus gubernabat. Ad dormiēduꝫ ſine lumīe accedebat. Calciatus inc̄ultū lectū intrabat. Dū infirma/bat vir p⁹ mlt̄oꝝ dies cū mori iā timere inciperet medicuꝫ aduoca/bat. Veſtes antiq̄s ⁊ laceratas deferebat. nec caloribꝫ aut frigo/re a labore poſſet ō rineri p vno denario pauper ſuffocabat. Sē/per diſcurrebat. ſemp circūibat anri⁹ ⁊ ſitibūd⁹ ad thesauriſādū. Crudel' alijs crudelior ſibi inimi/ciſſim⁹ deo. O reprobāda p̄ditio O feralis naſa. O deniqꝫ reꝑbē/ſibile malū amare pl⁹ diuitias q̄ deū. q̄ p̄rimū. q̄ p̄priā aiam q̄ etiā ⁊ corpale vitā. Propterea Seneca in li. de brā vita ait. Di/uitie apō ſapientē viꝝ in futuro/ſunt apō ſtultū i impio. Scōa rō q̄re dānabiles ſunt diuitie ōr impie iniuſtificatōis q̄n aut in/iuſte acq̄runt aut iniuſte poſſi/dent. Tercia rō ōr indebite di/ſpenſatōis. q̄n diſpēſant aut bis quib⁹ diſpēſari nō dñt. Et de ꝫ dicem⁹ in ſer. de cl'yna. aut q̄n ex/pēdunt p̄ digal'r in bis in q̄b⁹ ex/pendi nō dñt. vt̄ ſupfluis edifi/cijs. ꝓuiſijs ⁊ indumēnt⁹ ⁊ filib⁹ ab ſq̄ p̄cō b̄ñtur diuitie cū reti/nenk in vſuꝫ nec p̄p̄ alias offen/d.k ōs aut p̄rim⁹ ſz habenk aut p iuſta lucra acq̄ſita. aut p here/ditariā ſucceſſiōez illiſq̄ bō vtk moderate non conſtituendo in eis finē vltimum.

QX diuine affligunt eos qui illas immoderate amant labo/re timore atq̄ dolore. quare po/tius ſunt contemnende q̄ dili/gende.

Capitulum .II.

Capitu. II

Ecūduz mi
sterū declarādū de diui
tijs ōr ꝓditio. Reprunt siq̄dē in
diuitijs cū plus ōbito diligunt
tres pessime ꝓ ditōes. Pria ōr
labor'. scōa ōr rior'. tertia ōr do
lozis. Pria ꝓditio ōr laboris.
Affligūt eni diuitie se diligēres
triplici labore. Prim⁹ ōr metal'.
scōs corpalis. tertius ꝓscientialis
Prim⁹ ōr labor metal'. quia
mēs coz q̄ diuitias amāt nūq̄
pōt esse q̄eta. eo q̄ cū in diuicijs
sanctatē q̄rāt illā in eis nunq̄ in
uenīūt. Propēea dic̄ sapiēs eccl̄
v. Auar⁹ n iplebit pecūia. t Hie
ro. ad Demetriadē ✠ginē. Diui
tiaꝝ amoz insatiabil' est. t Amb.
ri⁹. di. c. Sic̄ bi. ne sanieras vn
q̄ nec finis adheret cupiditati. t
Boe. in. ij. Si q̄tas rapidis fla
ub⁹ inoztus pont⁹ vsat arenas.
Aut q̄t stelliferis edita noctibus
celo sidera fulgēt. Tātas fundat
opes. nec retrahat manū pleno
copia cozno humanū. miseras
haud ꝛō gen⁹ cessat flere q̄elas.
t Sene. ad luci. Vidisti aliq̄n ca
nē missa a dño frustra pāis aut
carnis apto oze captantē. Quic
q̄d eripit ꝓrin⁹ integꝝ devorat
ad spem vēturi byat. Idē euenit
nob q̄cq̄d erpectāb⁹ fortūa ꝓ
cit id sine vlla voluptate dimitti
m⁹ stati ad rapinā alteri⁹ atto
niti t erecti. Et idē ad eundē. Lō
gerantur in te quicq̄d multi lo
cupletes possidēt. t vltra ꝓuatū
pecunie modū fortūe te ꝓcubat
auro tegat. purpura vestiat. Et
ad ꝫ mod⁹ delicias t opū te pdu
cat vt erā marmoribus abscōdas.
nō tm̄ trabere ꝫ calcare diuitias
licear. Accedāt statue t picture t
q̄cq̄d aro vlla luxurie elaborare
rit materia cupere ab his discēs.
Malalia eni desideria infinita sē
er falsa opione nascētia vbi desi
nāt nō būt. Et Junenalis crescat
amoz nūmi q̄ntū ipa pecūia cre
scit. Quid igit̄ ꝓdest ei q̄ multas
hz diuitias si nō q̄scat vl' ꝓrēnat
Jndt eni Tycero in paradoxis.
Lōtēn nī eē his rebus marie sūt cer
tissimeq̄ diuitie. Propēea ma
gis diues ē q̄scit ꝓtētari i pauc'.
q̄ qui i milijs sp aīo angustiat t
eget. Ait seneca ad Lucillū. Bre
uissima ad diuinas ꝓ ꝓceptū di
uitiaꝝ via est. Et itez ad eundē.
Qui cū pauptate bñ ꝓcurit di
ues est. Et iterum de cōtemptu
pecunie. Multa dicūtur et lon
gissimis oratōibus hic precipi
tur vt homines in animo nō in
patrimonio putent esse diuitias
eumq̄ locupletū esse qui pauꝑ
tati sue cōsulsit⁹ est. Et itez ibi.
Quid mirar'. quid stupes. pom
pa est. Ostendūtur isteres non
possident. Ad veras pot⁹ te con
uerte diuitias. Disce quo eē ꝓten
tus z illāvocē magn⁹ atz aiosus
exclama. Habeamus aquā: ha
beam⁹ polentā. Scōs labor q̄
diuitie se diligētes affligūt ē cor
poral'. Propēea aut Oran⁹. Im
piger extremos mercator curit
ad indos. Per mare pauperiez

fugies p̄ sara p̄ ignes. Et sapiēs
ecc̄i. ij. Lūcn dices a⁹ pleni sūt la
boribꝫ t erūnis. Terr⁹ la bor
ōr ꝓscientiaſ. de q̄ Aug. in ser. de
innocentibꝫ. Lucꝫ inq̄t in arcba
dānū i ꝓscia. Quisnā explicet q̄t
petis onerāt auaroꝝ ꝓscia mise
ra. Ob cupiditatē nanq; fiūt ra
pine furta. sym̄ōie. violētie. dep
dationes. vsure. fraudes. ꝑdito
nes. iniustitie. t vt sic dicā omia
mala atq; facinora. Vñ Virgil⁹
in. j. eneidos ait. Quid nō mor
talia pectora cogis auri sacra fa
mes. q̄ dicat ad omia mala. O
voratrix ōlaq; auaritia. o ardēs
ignis cupiditaſ. o pestifer⁹ vene
nū saluſ. Magna siquidē in ere
dibili sq; multitudo gentiū ꝑ ꝓ
auaritiā demergit in infernum.

Scōa ꝓditio pessima diuitiaꝝ
ōr timoris. Cruciant nēpe se dili
gētes timore ꝑtinuo. Nam q̄ ni
mis ad diuitias afficit. sp est pa
uid⁹. timet inimicos nō min⁹ q̄z
midat amicos nō ꝓficit in vro
rē. nō in filijs nec in fortissimis
ferris. Abscondit sepe aut in frā
aut intra muros p̄ timore pecu
nias. Terret ad sonitū venti ad
modū fenestre ad saltū muri su
spicādo sp oia latrōes eē. In iti
neribꝫ et arboꝝ vmbri terrorem
incutiūt. t vbiq; sp vivit suspec⁹
Propter ea exclamat Boeci⁹ in. ij
de ꝓsol. di. O p̄clara opeꝝ mor
talium beatitudo. quā cum ade
ptus fueris secur⁹ eē desistis. Et
Juuenaſ dicebat. Cantabit va
cuus coram latrōe viator. ꝑ quod
bt̄us Fran. pauperē cōplexus
latrones nō timuit dū irruerūt
in eū q̄n ibat in ꝓncipio ꝓuersio
nis sue de Assisio versus Eugu
biū. ꝑ quod de illo dño Bon. sic
dicit in rūsorio. Dū semi nudo
corpe laudes decantat gallice ze
lator noue legis. latrōibꝫ in ne
more rūdq; sic ꝑphetice. ꝓco sum
magni regis Budit in niuis frigo
re pectus iace rustice futur⁹ pa
stor gregis. Tertio cōdimo diui
tiarū dicit dolor. Afficiunt nēpe
dolore incredibili se diligētes cū
dimittūt aut relinquunt in mor
te. Nam morientes nihil de ill
secū ferre pūt. Vñ dauid in ꝑ cō
Dormierūt somnū suū t nihil
inuenerūt oēs viri di. in mā. su. Et
iob. xxvij. c. Diues cū dormierit
nihil secū affert aperiet oculos su
os t nihil inuenier. Ꝑ ꝑ bendet
eum q̄si aq̄ inopia. et vt Greg.
inq̄t. ij. mor. Nunq̄ sine dolo
re ꝑdit. q̄ cū amore possidet. ꝑ
terea q̄ diuitias estimāt sē de
bent si illas aut viuētes ꝑdant
aut morientes deserāt nō ꝓtristā
tur ꝑ quod Tull⁹ i paradoxis
ait de viante ꝓsēnto. necnō illū
laudo sepe sapientē qui ne miat
vt opinor in septē cui⁹ cū patri
am prienne cepisset hostis. cete
riq; ita fugeret vt multa de suis
rebꝫ secū asportaret cū esset ad
monit⁹ a q̄dā vt idē ipse faceret
Ego inq̄t facio. Nā oia mea me
cū porto. Ille hec ludibria fortu
ne sua putauit q̄ nos eā bona
appellamus.

Q̄ maligni sunt diuitiaꝝ amatores.eo q̄ subijciunt se terre vilissime.z deuiāt a regla oīs creature.efficiunt̄q; similes ydolatrīs

Caplm III.

Certiuz mi

sterū ꝺclarandū de diuitijs ꝺz malignatio. Est ꝯdem pm̄ malignū diuitias inordinate diligere.q; auaricia ab aori cupiditate nūcupatur.Q̄uitas ār ei⁹ appet̄ et ꝺplia rōe. Prima rōne subiectionis. Scō rōne ꝺordinatiōis. Tertio rōe ydolatratiōis. Primo apparet q̄uitas auaritie rōe subiectiōis. Vñ enī inq̄t Tho. q̄ q̄.cxviij. Oīe pm̄ et ꝺ ipso q̄ est malū in aliq̄ corruptione seu ꝓuatiōe alic⁹ boni ꝓsistit. In quātū aūt ē volūtarū ꝓsistit in appetitu alic⁹ boni. Dupl'r ār ꝺordo petiōz p̄ attendi. Uno mō et pte boni qō p pm̄ ꝓtēnitur vl' corrūpit.qō ḡnto maius est tanto pm̄ ḡu⁹ est. Et sm̄ ꝺ peccatū qō est ꝺ deū est ḡuissimum Alio mō p̄t attendi q̄uitas peroꝝ et pte boni cui inordinate subdit hūan⁹ appetitus .q̄ ḡnto min⁹ ac vilius ctāto pm̄ deformi⁹. Jnē oia aūt bona exteriora minimū est z infimum q̄ spectat ad tpalia diuitiaꝝ. Nam si recte ꝓsideremꝰ q̄d sit argentū quid aur. q̄d gēme. q̄d iocalia q̄ liber p̄cosa. q̄d dom⁹. quid alta palacia. q̄d famuloꝝ turba .q̄d greges. q̄d armēta. quid denīq; omnia que diuine vocari solent ꝓfecto inueniem⁹ nō aliud esse preter terrā. Terra aūt in ordie creaturaꝝ infimū bz locū atq; vilissimū cūctq; calcandā de⁹ pedibꝫ hoim dedit. Vñ Hiero. ad demetriadē ep̄m̄ait. In actibꝫ apl̄oꝝ dñi nr̄i Jesu xp̄i feruebat cruor et recens erat in credētibꝫ fides vēdebāt oīes possessiōes suas:z ponebant p̄cia ad pedes apl̄oꝝ vt docerēt pecunias cē calcandas. Propt̄ḃ insup Sene. ad lucil.ait. Nihil natura q̄ auriciā nr̄az irritaret posuit i apto pedibꝫ auꝝ calcādū ac p̄mendū dedit z quicq̄d est p̄ q̄ calcamur ac p̄mim̄. Illa oculos nr̄os erexit ad supa. z q̄cq̄d magnificū mirūq; fecerat videri a suspicientibꝫ voluit ortus occasusq; et p̄peratis mūdi volubilē cursum tardos siderum incessus si cōpares tori atratissimos si cogites quāta spacia nunq̄ infimissa velocitate circūeant. Alia deinceps digna miratu siue p ordinē subeūt siue subditis causis mota p̄siliunt vt nocturni ignīū tractꝰ celi pateſcētes colūnas ac trabes defect⁹ sol'ac lune inuicē obstātiū. hec sup̄ nos tura dispositi. Auꝝ q̄dē z argentū q̄si male nob cōmitterēt abscōdit. Nos fortune mala nostra tradidim⁹ nos in lucē p q̄ pugnarem⁹ ertulim⁹ nec erubescim⁹ fūma apud nos bn̄ q̄ fuerī ima terraꝝ: hec ille. Scō apper ḡuitas auaricie rōe ꝺordiatiōis. Ꝺordinat

siquidē auaricia homines vt peio
res fiant qualibet alia creatura
Nā vt dicit Aug⁹. Judiciū ma
rimū diuine bonitat⁹ est q̄ q̄libz
creatura cogit⁹ dare sciēz. Qua
ri vo oīa vellent appropriare si
bi ꝫ quoz paratate ⁊ crudelita
tē ad primos decem⁹ i fmōe de
elemosyna. Tertio apparet ḡ
tas auaricie rōne ydolatrario
nis. Unde ad Eph. v. dic̄ q̄ ava
ricia est ydoloz seruit⁹. Dō fm
Nicolaū de ly. intelligēdū est p
quādam ꝓformitatem. qz ita se
hz auar⁹ ad nūmū sic̄ ad ydola
tra. propterea quia auari omnē
spem suā ⁊ ꝓfidentiā ponunt in
diuitijs. hec c̄ itaq̄ illa auaricia
neq̄ssima pditiōis mr̄e. pietat⁹
inimica. corruptrix aiaz. esca
dyaboli. ⁊ mācia oīs pcti quā q̄
sequit⁹ ejcit a se xp̄m q̄ nob sit p
pitius. Ut valeam⁹ sua gr̄a ter
rena oia ꝓculcare atq̄ ad regna
ꝓperare celestia: vbi sctis associa
ri būdicem⁹ xp̄m gliosum ⁊ lau
dabilē p infinita se. se. Amen.

Feria tertia

tertie hebdomade in q̄dragesia
De execrando ⁊ piculosissimo
pcto symonie. qp̄ē nō parum
dānificat atq̄ ꝓfundit ordo ec
clesiastice hierarchie.

Sermo XLI

Decunq̄

solueritis sup terrā
erūt soluta ⁊ i celo
Verba sūt redem
ptor⁹ nr̄i originalr Matb. xvij
⁊ cuāg. hodier. Cōtulit saluator
nr̄ ministris ecclie ⁊ sacerdotib⁹ su
is inestimabilē dignitatē. cū fec̄
eos spūaliū dispēsatores. Jō tā
to gr̄i⁹ estimat⁹ si qñ peccāt eoz
dilectū q̄to plā donoz dei incre
mēta sūpserūt. Marie aūt dā
nat⁹ in illius vicij symonie qō ex
auaricia pcedere nosc⁹ Illud si
quidē est cā multoz maloz ⁊ cō
fusiōis dānosissime in ecclesasti
ca hierarchia ob eā cām in pñti
fmōe ꝫ vicij symonie nōnulla
enim⁹ discepraturi. de q̄ ꝓtēpla
bimur tria mysteria principalia
Primū dr̄ diffinitio. Scōm in
ductio. Tertium punitio.

Quid sit symōia ⁊ vñ denoiat
et q̄re est pctm̄ graue. ⁊ qō intel
ligit⁹ p spūale aut spūalis anne
xum. Laplm Primum

Rimum

mysteriū ꝓtēplādū
de symonia dr̄ dif
finitio. et Rich. in. iij. dis. xxv. et
Tho. q. ij. diffinūt illā sic. Sy
monia est studiosa volūtas emē
di vel vendēdi aliq̄d spūale vel
spūali ānexū. Que diffinitio cō
tinet implicate in. c. Qui studēt.
j. q. j. Pro dariori aūt declara
tiōe notabim⁹ tria. Primo de
noiatiōnē. scōo rōez. tertio deter
minationē. Primo ꝓsideremus
denoiationē. Nā symonia deno
minat⁹ a symone. de q̄ hr̄ Actuū
viij. Qz cum vidisset qz p impo
sitionē man⁹ apl̄oz dare⁹ spūs

sanct⁹ obtulit eis pecuniā dicēs. Date mihi hanc ptātem vt cui cunq; imposuero man⁹ accipiat spīm scīm. Petrus aūt dixit ad eum. Pecūia tua tecū sit in pdi/tionē tē. Sed nō videt q⁹ sit con uenies ista denoiatio eoq; sym nō voluit vendere spūalia ꝛ emere Et vt dr. iij. Reg. v. Gyezi spiritualia vendidit naaman syro. ergo nō magis dr dicta symonia ḡ ecclesia. Rūdit rich. vbi. ē. q⁹ cōuenient⁹ noiat symonia ḡ ecclesia. quia vitiū tā emptōis ḡ vendi tionis ḡntū ad voluntātē fuit in Simone mago. Ad ꝟ enī voluit emere pecunia donū spūssancti vt postea alios venderet. Si tñ distinctē loq; volum⁹: possumus vēdere spūalia appellare ecclesiastas ꝛ emere simoniacos. Secundo ꝓsiderem⁹ rōem ḡre spiritualiū empcio siue venditio sit illicita. Prima er pte vendentis Secūa er pte emētis tertia er p te venditōis. Pria rō er pte vendētis. q⁹ ille q̄ vēdit spūalia: nō est illoz dñs ꝛ dispēsator. Vñ. i. ad Cor. iij. apl⁹ dixit Sic nos existimet hō vt ministros xpi et dispēsatores ministeriorū dei.

Secūa rō est er pte emēt̄. Ille qui emit rē multo minoris pre/cio q̄ valeat: iniuste emit. Sed spūalia sunt tante nobilitatis ꝛ pfectōis. ꝛ p ꝓns valoris q⁹ nullo pcio tpalis rei posset adeqri. Vñ ꝛ de sapia q̄ est res spūalis dicit Sap. vij. ca. Precio sio: est cūctis opib⁹, ꝛ oia q̄ desiderātur huic nō valent cōparari. Ter tia rō est er pte vēditōis. q⁹ qui vtitur aliq̄ actu ad illud seu alio mō quā ordinauerit de⁹ iniq̄ fa cit: ꝛ tanto peius q̄nto illud est in se dign⁹. Ordinauit aūt deus spūalia ḡr; cōferri debere boibus p ministros cuius qō rps decla rauit dicēs Matth. x. Gratis ac/cepistis ḡtis date. s. sacra et alia spūalia. Vñ in concilio Toleta/no. i. q. i. Quicqd. dr, Quicquid inutilibus gre ꝓsolatōe tribuit nunc̄ questibus vel q̄buslibz pre mijs venundari penit⁹ debz: di cente dño. Gratis accepistis ḡr; date. Et sic colligitur q⁹ symonia p⁹pter dicta peccatū est mortale. Et supponitur ratō q⁹ nullus debet excōmunicari nisi p⁹o pec cato mortali. vt dictū est in ser. de inobedientia. Siz p simonia debet quis excōmunicari. Vnde j. q. j. c. Qui sacros. dicitur. Ana thema danti id est fiat fm glo. anathema accipienti symonia.

Tertio considerem⁹ deter minationē. Quid intelligitur p spūalia aut spūali⁹ āneza. et fm doctores spūalia dicūtur sacra sic Baptism⁹. Charisma. Eucha ristia. Ordo. Pnia. Extrema vn ctio. Et bñdictio nupciaz. q̄ho dare pecuniā vel recipe vt pauz eoz est p̄hibitū: quia symonia. Annexa vero spiritualibus dicun/tur Dedicatio ecclesiarum. Con secratio virginum, et aliarum re/rum pertinentium ad cultum di/uinum. Benedictio abbatum.

Absolutio ab excōicatione vel
censuris ecclīasticis. Electio plato
rū ecclesiasticoꝝ. Cōsūmatio eo/
rū. Renūciatio. Visitatio ipso
rū plātoꝝ. Correctio criminū vl'
delictere a correctōe in iudicio ec
clesie. Cura aiaꝝ. Ingressus reli
giōis seu mōasterij. Ecclia seu be
neficiū simplex vl' curatū. pbēda
dignitas ecclīastica vt archidya
conat⁹. ꝓpositura. cpat⁹ ꝛ hmōi
Officiuꝫ sepulture vl' loc⁹ eccl'ie
ꝓsecrat⁹ ad sepl'turā. vl' vbi tā est
sepult⁹ aliqs. Capelle in spōnatus
aus peripēdi decimas. Offi
cia ecclīastica vbi ē aliqd iurisdi/
crōis spūal'. vt yconom⁹. vicedo
min⁹ ꝛ hmōi. ferre sniaz i iudicō
ecclesiasticō. Permutatio digni
tatis ecclīastice vel bñficij ꝛ siīa.
Pausci q̄ ꝑ his simonia est. Vñ
dr. i. q. ij. Quā pio aio. Cessetois
pactio: cessēt omīs ꝓcētio. s. em/
ptionis aut vēditōis. Notandū
tñ q⁹ si qs sine pactōe exp̄ssa vl'
exactiōe ꝓfert aliqd spūale spiri
tual'r hac intētiōe. vt ꝑ illū re/
cipiat rpale: pura audit ꝓfessōez
vel dicat missaz vel ꝓfert ordiez
siue beneficiū ꝛ siīa ꝑncipal'r qz
sperat ꝑ ꝑ ꝫ habitu. Pecūiaz
vel aliō pcū. Et sil'r q̄ dat rpale
principal'r vt recipiat spūale. pu
ta eucharistiā ordīnē sacr'm bñ/
ficiū ꝛ hmōi: symoniā cōmittit
mētalē. q̄ mortale est ſm Rich.
tho. ray. hosti. ꝛ Inno. Sz tal'
simonia mental' tollit ꝑ pniaz.
ex de sym. c. Mādato. Vbi āt
nō fit pactio vel exactio vel prīci
palis intētio ad temporalia in col
latōe spūaliū vel receptione sed
gr̄tis ꝛ elemosynal'r dēt aliqd et
accipiat ad sustētationē nāe vel
reuerentiā sacroꝝ vel ad fuādū
laudabilē ꝓsuetudiez liate ꝛ sine
symōia dari ꝛ accipi ꝑt. vñ Gre.
i. q. ij. c. Sicēpm. ait. Eius obla/
tio nullā culpe maculā ingerit
que nō ex ambitōis petitiōe pro
cessit. Nec symoniaci sunt tm̄ q̄
spūalia vendūt vel emūt. sz etiā
illi qui in his meditatores sunt
quos ecclesia grauit punit. sicut
patet. i. q. ij. c. Sicut ep̄m.

Q Pecunia est materia indu/
ctiua peti symonie. ꝛ quō pecūia
accipit multiplicat ꝛ multiplici
munere. Cap. II.

Ecundum

myster̄ū ꝓplādū de
symonia dr̄ inducitio.
Est nāq; hui⁹ sceler' mātia indu
ctiua pecunia sumēdo pecunias
large vt in ſmōe p̄cedēti dictū ē
ꝑ omīa eo qō ꝑt rpal'r possideri.
Pōt etiā pecunia dici qcqd pre
cio tempali seu estimari ꝑt seu
mēsurari. Non solū pecunia nu
merata in monet̄ auri argenti ꝛ
eris: vl' ea q̄ cōiter ꝓsueuerūt emi
vel vendi. vt vasa aurea vel argē
tea. animalia. agri ꝛ hmōi. sz etiā
preces et qlīb acqrēt fauor popu
laris ꝛ obsequia tēpal'r pstita.
Vñ dic Gre. i. q. i. c. Sūt nōnūl
Cum virū iustū ꝑpha describe/
ret ait. Bñs q̄ excutit man⁹ su
as ab omni mūere. Quia aliud

munus ab obsequio. aliud a manu aliud a lingua. Munus ab obsequio est seruit⁹ indebite impensa Mun⁹a māu pecunia est Mun⁹a lingua fauor. i. munda nuo. ꝛ ꝑ q̄libet box mūer cū interuenit in spūalibꝫ cōmittit symonia vt ibidē Greg. dic. Et ad idē. i. q. iij. c. Saluator. Urban⁹ ait. Quicūq; res ecclesiasticas id est spūalia q̄ dei dona sunt non ad h̄ q̄ instituta sunt sed ad p̄pria lucra mūere lingue vl̄ inde bita obsequij vel pecunie largit vel adipiscatur simoniacus est. Et q̄ntū ad mu⁹ a lingua. Sciendū q̄ li ꝯsus platus ꝓfert bñficiū ecclesiasticū seu dignitatez ecclesiasticā vel aliq̄d facēm ad p̄ces alic⁹ hac intentiōe p̄ncipali. vt a⁹ p̄ato conferēt latus vel fama acq̄ratur. vel vt ꝓximū euitet: simoniā cōmittit. Et si p̄ces porrigūtur ab alio ꝑ indigno de beneficio curato vel simplici ꝛ ille qui porrigit ꝛ q̄ erudit simoniam ꝓmittat. si ad p̄ces factas p̄ncipalit mouet. Si aūt p̄ces porrigunt ꝑ digno et ad idoneitatē respicit nō ad p̄ces p̄ncipal⁹ nec rogatus nec ꝓferēs male fac. nec simoniā cōmittit. Si vo q̄s pro se p̄ces porrigat de beneficio simplici. nō reputatur simōia. si al⁹ est dign⁹ Nā si indign⁹ simōiac⁹ f putat ꝛ sil⁹ simonia inducūt p̄ces ꝑ se porrecte de bñficio curato. cuā si al⁹ sit dign⁹. qz rōne ambitiōis ꝛ p̄sumptiōis reputatur eoīpo indign⁹ f̄m Tho. i. iij dist. xxv. ꝛ sedā sc̄e. q. c. Et Raȳ. in summa sua. Quantū ad munus ab obsequio reputat simonia q̄n quis seruiret alicui p̄lato ob sequio inhonesto. Sz q̄ ad obsequia honesta videlicet ordinata ad vtilitatē ecclie vel p̄lati rōnabilem non reputat simonia. tractū q̄ nō principal⁹ seruitio faciat ꝑ illud ꝓsequendū. Vñ Greg. ait Ecclesiasticis vtilitatibꝫ defuientē ecclesiastica oportz remuneratione gaudere. xij. q. ij. c. ecclesiastic. Munus a manu est cū datur pecūia et hmōi. Ubi tñ notandū q̄ pecunia potest dari ꝛ recipi liter ꝑ spūali ꝛ sine simōia q̄nq; rōibꝫ. Primo rōne p̄mutatiōis. secundo ratione sustentatiōis. tertio ratione vocatiōis. q̄rto rōe punitionis. quito rōne vitande vexationis. Primo rōe p̄mutationis. pbat sic. Qui vult remissiōez peccatoꝝ ꝓsequi dz si pōt elemosinas facere. Vñ Dan. iiij. Peccata tua elemosinis redime. Et Ambr. de pe. di. i. ca. Medicina. Peccatis tuis venū data eo. redime te pecunia tua. Debet etiaz q̄s ꝑ adeptōe eterne vite ꝛ alia cuncta dare. iuxta illud Math. vi. Facite vobis amicos de māmona iniq̄tatis. Secō pōt dari pecunia ratōne sustentationis sicut sacerdos ꝑ missa quā dicit accipit pecuniā vl̄ p̄bendā nō q̄ illam accipiat ꝑ ꝓsecratōe eucharistie. vel ꝑ orōnibꝫ ꝛ hmōi q̄si p̄ciū sed vt stipendiū siue sustentationis. Vñ aug. i. q. i. c. Judices.

ait. Accipiant necessitatis sustentationē a pl'o mercedem ministratōis a deo. Sic t ꝓphete antiq testamēti si aliqñ recipiebāt aliqd i ꝓphetando accipiebāt i modū elemosine ad sustētatiōnē nō ad pciū ꝓphetie. Tertio
J pōt dari pecunia t accipi rōne ꝓ uocatiōis. Et sic dant elemosinę pauperib⁹ ad inducendū eos t exercitandū vt orēt ꝓ benefactorib⁹ suis nō loco pcij qz ozō spūalis
R est t appreciari nō pt. Quarto rōe punitiōis. exigit qñqz ab eo qui absolui ab excōicatiōe pecunia: nō pro ipsa absolutiōe. qz ꝫ esset simonia sed in punitionez.
Q Quinto rōne redimēde vexationis. Nam antecessius acquirat alicui in bñficio vel dignitate nō licet dare ad redimēdā vexatōez suā. qz esset simonia. sed postqz fuerit adept⁹ t ius sibi acquisitum vexationē sibi iuste factā super bñficio vel dignitate licz pecūia redimeret sz nō iustā vexationē. si iuste accusaret t hmōi.

Dupl'r puniūtur symoniaci. tum ꝓ priuationē gre diuine. tum ꝓ suspensionē ordinis t bñficij simoniace susceptoꝝ. tum etiā ꝓ obligatiōem ad restituendum.

Capl'm III.

Ertiū misteriū contemplāduz de symonia dicit punitio. Punit eteni hoc pctm̄ mltiplici pena. Prima ōz gre dei ꝓ ditio. Scōa iusta suspensio. Tertia restitutiōis obligatio. Prima pena dicit gratie dei pditio. Vñ. j.q.j. Qui studet. Greg. nazanzen⁹ ait. Judas olim redēptorem vendidit: mor laqueo suspē sus eandē redemptiōis gr̄az nō obtinuit: t merito qz nemo pōt retinere qō vēdidit. Symō etiā magus cū eandē grām spūssancti emere vellet dānationis sue sententiā audiuit a Petro. Dicit etiā Aug⁹. j.q.j.c. Sicut. q⁹ ignis sacrificij qui per septuagita annos babylonice captiuitat̄ sub aqua viterat extinctus ē. Antiocho iasoni vendente sacerdotiuz qui significauit ignē. id est gr̄am spūssancti nō lucere in symōiac̄ sacrament̄. Secūda pena qua puniunt symoniaci est iusta suspensio. Sunt eni notorij symoniaci suspensi ab ordinibus t beneficijs simoniace susceptis. vt j.q.j.c. Statuim⁹. t.c. Quisqs. Et hanc suspensionē vlt̄ Amb. vocare excōicatōem in.c. Reperiuntur. i.q.i. fm glo. Et tales sz conferentes ordines vel bñficia t officia ecclesiastica. t ista etiam recipientes ꝓ simoniā si sunt clerici debent deponi t ꝓuari omni officio t beneficio simpl'r si conuincant̄ de hoc in iudicio ecclesie Si sunt laici vt mediatores symonie debēt excōicari. i.q.ij. Si quis. Efficiunt aūt infames t q libet crimiosus admittit ad accusationē eoꝝ. extra de simo. ea. Tanta. t.c. Si dñs. Tertia pena symoniacoꝝ est restitutionis

obligano. Nam fm Tho. pecu/nia recepta p simoniaz retineri nō pōt sed restitui dz nō cōferri qz turpiē dedit Sed dz pauperib⁹ erogari vel illi ecclie in cui⁹ initu/riā data est applicari. Et ē in oī symonia. Et fm Tho. Innocē. z Raz. symoniac⁹ q̄ ad būficia sim plicia vel curata p symoniā re/cepta perdit fructus. qz nō pōt illos recipe. z receptos tenē re stituere deductis erpēsis factis i vtilitatē ecclie z gfa fructuū col/ligendoz. et hoc ideo qz fur est z latro i illo būficio. In veteri aūt testō vt bf. inq. Reg. v. Giesi p̄ simoniā quā cōmisit accipiendo pecuniā a naaman syro quē beli seus p̄ beta curauerat lepra per cussus est cū oīb⁹ posteris ei⁹. Dz quid dicā: quo me vertam? qualr verba p̄eludam? Audivi/mus et his q̄ dicta sūt q̄ graue sit vicū simonie: z tñ hodie vbiq; regnat, vbiq; sua tela proiicit O ecclesia dei. O sponsa decora agni immaculati xpi iesu. Quis in te p̄fecit tot ignaros idoctos inhabiles ad curaz aiaz. Quis or dines dignitates z beneficia tua tam mltis indignis tribuit. Bu deo dicere q̄ pessima illa z truci lēta belua simonia mala hec oīa fecerit. z ne descendam⁹ ad pticu laria tñ vnum tenere firmiter possum⁹. q̄ si simonia cessaret a ministris ecclie camera bñ opti/meq; disponerent et animas in peccatis alligatas absoluerēt ac de diaboli laqueis liberarēt se ve/ro nō illaquearēt. sed potius ve lut ministri digni adipiscerētur in hoc seculo dei graciam z in fu turo sempiternā gloriam.

Feria quarta

tertie hebdomade in q̄dragesia

De cogitationibus mal' z vicio sis vitādis propter quas solas z absq; effectu operū exteriorum posset homo damnari.

Sermo XLII.

E corde

enim exeunt cogi/tatōes male. Ver ba sunt redempto ris nr̄i originalr Matb. xv. c. et in euāgelio hodierno. Extat apō nōnullos opinio quēdā sat̄ fal sa z periculosa quonā non arbi trantur esse peccata que per ope ra extrinseca nō perpetrātur cuz tamē scōm reueritatē mlto plu ra sint mala que latent in corde in die iudicij manifesta fienda: q̄ ea que nunc apparent foris/secus et videntur. Hoc autem euidenter satis aperuit omnium docto: Jesus xp̄istus dei filius in lectione sancti euāgelij. Qua/propter vt qui veram peniten/tiam agere volūt totaliter mun dentur et quelibet expellantur facinora: in presenti sermone de cogitationibus differemus: de qualibet tria mysteria decla/rabo.

Primum dicatur cognitio. Secundum dicitur offen/

sio. Tertium remediatio.

Q cogitationes cordiū certi/ nūinal'r cognosci nō pñt nec a demōibꝫ neqꝫ ab angel'dtis sed bene a solo deo qđ nullū latet secretum. Cap. I.

Rimū mi

steriū declarandū de cogitatiōibꝫ ꝺ cogni/ tio. in q̄ videndū erit q̄liter cogi tationes nr̄oꝝ cordiū cognosci possunt. z ꝺ tripl'r. Prio respcū demonis. scꝺo respectu angeli. tertio respcū dei. Primo videndū est qual'r cogitatōnes hoim cognoscunt respcū ꝺmōis. De q̄ du biū esse pt. Utꝝ cognoscat secreta ꝓscie. Et vidꝫ q̄ sic. Primo qꝫ officiū ꝺmonū est accusare. Unde Apoc. xij. Projectus est accusa/ tor fratꝝ nr̄oꝝ. ergo si in iudicio argueremur de secretissimis co/ gitatōibꝫ videt q̄ be nō lateant accusatorē nr̄m. Scꝺo arguitur qꝫ dic̄ Aug. xij. sup Gen. ad lr̄am. Mali angeli cogitatōes nouer t qꝫ multa p̄dicūt q̄ nō p̄dicerent si cogitatōes nō nouissent. Ter tio arguit̄ er dictis Aristo. ij. de aia. Nobior est operatio q̄ potētia et potētia q̄ subia. qꝫ p cognitōz operatiōis z potentie puenit in co gnitōz subst̄atie. sed subia aie ñ pōt latere diabolū. q̄ nec eꝰ opa/ tio nec vtus. ergo si cogitatio z affectio sunt passiōes aie. q̄ non possunt latere diabolū. Sz ꝯ ar guit̄ er dicto Aug. ꝺi. in li. de ec/ clesiastic' dogma. Internas aie cogitatōes diabolum nō videre certi sumꝰ. Rñdꝫ Boñ. z Rich. dis. viij. ij. li. q̄ dupler ē cognitio Prima certitudis. z tali cogni/ tione demōes nō pñt ꝓsciaꝝ se creta rimari. Scꝺa est cognitio cōiecturalis q̄ est p aliq̄ motus seu p aliq̄ sig̃. Et q̄m pauca sunt ita secreta q̄n p̄deāt in opa exte/ riora. vl' appeant p sig̃ exteriora faciet. vl' p signa corpis qꝺ diuer simode mouet fm diuersitatem affectionū. Hinc est q̄ mlte cogi tatōes nr̄e depbēdi pñt a mali/ gnis spiritibꝫ nisi arceant vtute diuina. hec aūt cognitio potꝰ est ꝓiecture q̄ certe scīe. Ad p̄m ergo argu. dic̄ Boñ. q̄ in die iu dicij ñ solū demō erit accusator imo etiā z oēs nr̄m. Uñ de erte rioribꝫ accusabit diabolꝰ. de se/ cretis ꝺo ꝓscia ꝓpa. Ad scꝺm ps rñsio p ꝺi. iam factā ꝺ duplici co gnitōe. Ad tertiū ꝺo. q̄ noctor ē operatio q̄ subia. ꝺi. Boñ. q̄ vez est ꝺ operatōe extrinseca. De extrin seca aūt ania nō habet semp ve ritatem. Multe enī res sunt no bis note quarū virtutes z opa tiones nos latent. Uel dicen/ dum q̄ illud habet locū in ope/ ratione naturali nō in operatio ne voluntaria. Operatio enim naturalis fm q̄ natural'est: ita se naturaliter nata est repzesen/ tare nec se occultare potest. sicut nec substantia. imo p ipam ma nifestatur substantia dum plus habet de ratione actualitatis: ac per hoc manifestationis et

lucio. In opatiõe aũt volũtaria
sc9 ẽ. Nã cũ subia nakalĩ sere-
pñter sic nakalr est z se ocłtare ñ
possit opatio volũtaria sic volũ
tarie erit i ẽcita z volũtarie ma
nifestak z ita occłtari pr̃imo ñ
mãifestak nisi bõ velit. Talia ãt
sunt q̃ latent in secreto nr̃e ꝓscie
ideo q̃uis dyabol9 videre possit
animã ꝑpria vtute nõ tñ pr̃ illã
ꝓspicere. Et sic ꝓcludik q̃ certitu
dinalĩ dcmões archana pecto-
ris nr̃i scire nõ valent. Scõo
videndũ est qualr cogitatões co
gnoscũk respectu angeli. Et licet
hermes in li. quẽ fecit de q̃rtuor
materijs. er q̃dã alij ꝓtendãt ꝑ-
bare nõ latere ipsos angelos co
gitatões nrãs. verũtamẽ in hac
parte inherebo doctrine scti tho
me. Colligo itaq; er eius dictis
in ꝑma pre summe. q. lvij. Et in
ij. scrip. sen. dist. viij. arr. v. ea que
ꝑ soluõe b9 dubij facũt. Dico
ergo q9 cogitatões pñt dupliꝛ cõ
sideran. Uno mõ ꝑut sunt i sua
futuritione. alio mõ ꝑut sunt in
sua ꝑsentialitate. Pr̃io mõ. s. ꝑ-
ut cogitatões sunt future natu
raliter cognosa vel videri ab an
gelo nec ab boie pñt. Cui9 rõ est
q; futura nõ cogñscũtur nisi fm
q9 hñt determinatũ esse i sua cã.
sed cogitatões cordis nõ hñt de
terminatũ esse in volũtate. quia
voluntas se bz ad vtrũlibet. et
tõ nõ pñt ꝓgnosa. Scõo mõ co
gitatões cordis pñt ꝓsideran ꝑ
ut sunt in sua ꝑsentialitate Et ꝺ
duobꝰ mõis. vel ꝑut sunt in suo
principio vel ꝑut sunt in signo.
Pr̃imo mõ ꝑut cogitatões sũt
solũ in suo ꝓncipio. scz cogitatio
nes in intellectu z affectões in
affectu vl9 voluntate. ita q9 er co
gitatõibꝰ nõ resultat aliqõ exte
rius signũ puta aliqs effect9 vel
motus in corde. z sic sol9 õs cogi
tatões cogñsat. Pr̃io rõe cau
salitatis. qz ille sol9 cogitatões
cognoscit cui soli subiacet intelle
ctus z volũtas creature rõnal9.
et q̃ sol9 pr̃ opari in cã z est eius
principale obiectũ z finis vltim9
Sz hoc ꝑpriũ est dei. q̃ nec ange
lo nec homi ꝓuenit sed soli deo
Scõo ꝺ ꝑbal rõne emitatis.
Nam q̃nto aliqd min9 hz de en
titate: minus habet de cogno-
scibilitate. sed cogitatões mini-
mũ hñt de entitate. q̃ et mimũ
de cognoscibilitate. Addik z alia rõ
sintimitat. Nã q̃to ẽ aliqd ma
gis secretũ vel absconditũ: tãto
minus cognosa pr̃. sed cogita-
tiones cordis ipsi menti z intel
lectui z voluntati sunt valde in-
time: eoq; sint a principio extrin
seco. s. intellectu z voluntate. qõ
ptz quia cogitare dicit actionem
intrinsecã. z tõ ille sol9 cogitatio
nes cordis pr̃ cognoscere q̃ ipsi men
ti pr̃ se intimare. talr ãt ẽ sol9 õs.
Scõo cogitatões considerari
pñt ꝑut sunt in exteriori signo.
et sic cognosci pñt z ab angelo z
a dęmone vt dictũ est z ab ipso
homie Tertio videndũ est et
concludendũ er ꝑmissis q̃ cogi
tationes cognoscunt ab ipso deo.

Ipſi nihil eſt abſcōditū nihil occultū cognoſcit: ⁊ quicqd paret quicqd latet. Vñ Job. xlq. c. ait Scio q; oia pcēs ⁊ nulla te latet cogitatio. et Ecci. vij. Non te iuſtifices añ deum: qm̄ agnitor cordiū ipſe ē. ⁊ ꝑ. xciij. Dñs ſcit cogitatōes hoim. Et j. galiꝑ. pe nulē. Oia corda ſcrutat dñs: et vniuerſas mētiū cogitatiōes intelligit. ⁊ ad Heb. iiij. Oia nuda ⁊ apta ſunt oculis dei. ⁊ Job. i. canonice. c. iij. Maior eſt ds corde nr̄o ⁊ nouit oia. Et. xxxij. diſt. c. Erubeſcāt. Secretor cogitator ⁊ iudex ds ē. et Seneca ad lucil. Quid ꝑdeſt aliqd ab homī eē ſecretū nihil deo clauſum ē. ipſis cogitatōibꝫ nr̄is inſuenit. Sic interuēit dico vt nunq̄ aliq̄ndo inde diſcedat. Et q̄b⁹ deꝓhendimus q̄nta ſit illor fatuitas qui gaudēt delinq̄ntes ab hoīb⁹ nō videri. nec cogitāt deum oīm ſecretor: omniūq; cordiū eſſe inſpectorē. Vñ ⁊ poeta Ouidius lib. xiij. metamorphoſeos ait. Aſpiciūt oculi ſupi mortēa iuſt'.

Qualiſ in cogitatōe ꝓt eē peccatū. ⁊ q̄ alia eſt cogitatio naturē: alia gr̄e: ⁊ alia culpe. Cap. II

Ecundus myſteriū declarāduz de cogitatōibꝫ dr̄ offenſio in q̄ diſputanduz venit. Utr̄z in cogitatōe poſſit hō peccare ⁊ offēdere deū. Et arguit ꝑ vna pte q̄ non. Naz oīe petm̄ aut eſt in volūtate, aut i actu voluntat'. ſed cogitatio eſt act⁹ interior: q̄ in cogitatōe nō ꝓt eſſe petm̄. Sz in ꝓriū eſt autoritas Jeſu xp̄i in euāgelio p̄ñi ⁊ itez in ſeq̄tur ſepius confirmat. Unde Eccē. xv. Abominatio dñi cogitatiōes male. ⁊ Sap. i. Peruerſe cogitatōes ſeparant a deo. Et ꝓ uerb. vj. Deꝰ odit cor machinās cogitationes peſſimas. et Eſa. i. Auferte malū cogitationū veſtrarū ab oculis meis. Et. lv. c. Derelinq̄t impi⁹ vias ſuas: ⁊ vir iniquus cogitatōes ſuas. ⁊ Hiere. iij. Uſq̄quo morabunt i te cogitatōes nocie. ⁊ Zach. i. Conuertimini de vijs veſtris malis ⁊ cogitationib⁹ veſtris peſſimis. Et Matb. ix. Cuz quidā de ſcribis dicerēt intra ſe de xp̄o. hic blaſphemat cum vidiſſet Jheſus cogitatōes eoz dixit. Quid cogitatis mala i cordib⁹ vr̄is. Rñdeo itaq; ad hāc q̄nē ex dictis Aler. in. q. ſumme ⁊ ſci Tho. di. xxxix. q. ii. ar. ij. diſtinguēdo triplicem cogitationē. Prīa eſt nate. ſcōa gr̄e. tertia culpe. Prima eſt cogitatio nature. q̄n q̄s cogitat ea ad q̄ naturaliꝫ inclinat. vt ſi q̄s ſitiens cogitat de potu. ſi q̄s grauatus ſomno cogitat de dormitōe ⁊ hmōi. Et in talibꝫ cogitationibꝫ nō eſt petm̄. q; ex his q̄ inſunt a natura: nec laudamur nec vituparamur. vt dr̄. ij. ethicoꝝ

Scōa cogitatio dr̄ gr̄e. cui⁹ q̄s cogitat bñ facere. Nā vt dixim⁹ in ꝓmo hui⁹ opis fmōe. Nō ꝓt quis a ſeipo cogitare bonuz. q;

vt inquit Aug⁹. in li. de p̄destinatione sc̄oꝝ. Prius ē cogitare bonum q̄ credere. et ip̄m cogitare bonū ex deo ē. Notādū tñ q⁹ nō omīs cogitatio boni a gr̄a ē inspirāte. Nā cū duplex sit bonus scz gōdā ō necitate p̄cepti. gōdā de supererogatōe p̄fectōis licz primū bonū sp sit homini inspiratum a deo: nō tñ sp secundum. Quinimo possz z q̄nq⁹ dyabolus p̄mittēre deo talia bona suggerere vt sub illoꝝ specie induceret ad gr̄auiora mala. puta posset temptare aliquē vt p̄niam faceret quā fecit btūs Franciscus vt sub illa specie aut faceret illū mltum de se p̄sumere. aut ad fatuitatē p̄uenire. ꝓpterea laudo vt cōsimiles cogitatōes ascendunt in corde velit hō recurrere ad diuinū ꝯsiliū giter z auxiliū petere bonoꝝ z scōꝝ viroꝝ iudiciū.

Tertia est cogitatio culpe ēndo q̄s cogitat ō petō aliq̄. z hec cogitatio p̄t ee aliq̄n meritoria. aliq̄ndo venialis. aliq̄n mortal'. Potest esse cogitatio de peccatis meritoria cum q̄s cogitat vel vt doleat vel vt ꝓterat. sic dicebat Ezechias Esa. xxxviij. Recogitabo tibi omēs ānos meos i amaritudie aīe mee. Vel cogitat q̄s peccata vt illa cognoscat sicut q̄ bz ꝓfessiōes audit reuaria petā recogitet q̄liter illa p̄t detestari sine punire. Q̄nq⁹ cogitatio ō peccatis p̄t esse venialis. s. cū q̄s illa cogitat cum aliq̄li delectatōe non tñ ex ꝓposito. nec ex deliberatione. sz potius ex quadā subreptione. Q̄nq⁹ insup cogitatio de peccatis est peccatuz mortle quando videlicz q̄s cogitat illa cū sensu deliberato ex dlectatōe ex cū placentia peti mortalis. ex q̄uis nō sequat⁹ act⁹ exterior. tñ voluntas dēpuat et maculat interius. ꝓpterea g̃ue periculū immminet bis q̄ nullā sibi cōscientiam faciunt de cogitatōnibꝫ turpibꝫ et immūdis. Idcirco fuanda ē Hieronymi regula ad Demetriadem virginē dicēs. Omnīū operū z cogitationū tuaꝝ speculatorem tuū deum crede. Idcō caue ne quid loquaris aut cogites q⁹ oculos diuine maiestatis offendat. Hec ille

Q̄ vitari possunt peccata cogitationū per exercitiū oratiōis lectionis. opationis. z p̄ cuitationē locutiōis. z auditōis ociosoꝝ verboꝝ z nutritionis ipsarum cogitationum: et per amaritudinem.

Cap'm III

Ertiū my

sterū declarandū de cogitationibus dicit remediatio. in quo notabimus tria principalia remedia: quibꝫ cogitationuz peccata declinari possint. Primū est exercitatio. secundū cuitatio. tertium amaricatio. Primū remediuz est exercitatio: aut in lectione: aut in oratione: aut in corporali occupatiōe. et de hoc ita dicē btūs

Hiero. ad Saluinā ō nebridio et vidualare. Semp in manibus tuis diuina sit dilectio ⁊ tam crebre oronēs vt oīm cogitationū sagitte quibus adolescēta petit solet buuscemōi clipeo repellant. Et idē ad rusticū monachū. ⁊ de pse. dis. v. c. Nunq̄. Facito aliq̄d opis vt dyabolus tesp inueniat occupatū. Et idē ad demetriadē viginē. Nec ō tibi ab ope cessandū est. q⁹ deo ꝓpitio nulla re indiges. sed ō ꝝ oīnibus laborādū vt p occasionem opis nil aliud cogites nisi qō ad dñi ptinet seruitutē. ꝓpēa Ecci. xxxiij. dicitur. Multā malicia docuit ociositas

Secōm remedium ōr cuitatio. 1 Qui vl̄t cogitatiōes malas aut fugere aut vincere cuitet tria. Primo malā locutionē. Colloquiorum verboz. q⁹ vt inq̄t apl's. j. ad Coī. xv. c. Corrūpunt bonos mores colloq̄a mala. et Aresto. vij. polli. Et differentie defacili qōcunq̄ turpiū fit ⁊ ip'm facere et Hiero. in epitaphio sci pauli. Immūdicia ⁊ turpe verbum atq̄ lasciuū nūq̄ est de ore virgineo pferendū. quibus signis libidinosus animꝰ oñdit. Secō cuitet auditōem. vt nō solū non loquat: vez etiā nō audiat q̄ sordida sunt ⁊ vana. Et cum viderit q̄sq̄ de similibus colloq̄ntes velut de serpentibus discedat ab eis Tertio cuitet nutritionē vt si cogitatiōes irruāt nō nutriat illas nō retineat nō i delectatōez illoz ꝓsentiat. ſ conceptis repugnare ipsasq̄ a se repellere q̄ntū potest. vñ Hiero. ad Eustochiū inq̄t. Nolo sinas cogitatōes crescere nihil in te babylonicū vel confusionis adolescat. Dū parvus est hostis interficere nequit. cū dak in semie. q⁹ eni impossibile est in sensu bois nō irruere motū medullaz calore. ille laudak. ille pd'cak btūm q̄ statim vt cepit cogitatꝰ interficit ⁊ alludit eos ad petrā. petra aūt erat xp̄us.

Tertiū remediū ōr amaricatio. Sicut mātes cū a dulcedine lactis filios puulos volentes retrahere sup mātillas amara q̄dam apponere solent vt illoruz gustu cessent vbera suggere. Sic amaritudo mēt' cogitatiōibus immundis admixta eas amaras ⁊ insipidas reddit. Est aūt triplex amara memoria. Prima mortis. de q̄ sapiēs Ecci. xli. O mors q̄ amara est mēoria tua. Secūda amara memoria est vltimi iudicij. de q̄ eccia cantat ꝓphetic̄ illud. Dies illa dies ire. dies calamitatis ⁊ miserie. dies mag̃. ⁊c. Tertia memoria est amara dñi nostri Jesu xpi passio. Cui q̄s stimulak aculeis cogitatiōe malaz si diligenk recogitat se mortuū: aut in dei iudicio rōnem se reddituz: aut videat christū pro se in cruce patientē facile victoz cuitet. ergo retineam⁹ cozda nra ne ipleank malicia malaz cogitationū: vt sic valeam⁹ adipisci in hoc seculo dei grām ⁊ in futuro gloriam.

Capitulum I

Feria quinta

tertie hebdomade in q̄dragesia De religiosa votoꝝ emissione illoꝝq; obseruatia a q̄ multi deficiunt qz post impetratas gr̄as vota promissa nō solunt.

Sermo XLIII

Aperuit

i febri ⁊ dimisit illā. Scribunt hec verba originaliꝝ Lu. viij. ⁊ in euāg. hodi. Subuenit ds virtute sua infinita necessitatibꝫ hoim si tñ ipi religiosa pietate ad eū auxiliū confugiāt. sic in lcōne euāgelica i qua narrat benigna ꝓdescensio xp̄i ad sanandū socꝫ Simonis a magnis febribꝫ fec̄ tñ illō rogatꝰ a suis. Sic ⁊ q̄tidie curātur infirmi a varijs languoribꝫ q̄bꝫ būnū p̄sidiū succurrere mīme valet. dei tñ adiutorio salutē recipiunt. Jd aūt vt plīmū impetrat nō solū p devotas oraōes. sz etiā p fidelia votoꝝ emissiones. Facta nāq; voto deo ⁊ seruis eiꝰ q̄pluri mi incolumitatis būficiū sē adepti. Quia ꝙ maḡ est ingratitudo emitteret vota. ⁊ illa nō exoluere. ⁊ p̄cea in ꝫ sermone de voto aliq̄ ncēria penitēbꝫ p curramꝰ Nam Deut. xxiij. dr. Cū votū voueris dño deo tuo nō tardabis reddere qz req̄ret illud dñs deus tuus. Et in p̄. rlic. Redde altissimo vota. ⁊. lxxv. Vouete ⁊ reddite dño deo vr̄o. De voto ita/ q̄ tria mr̄steria p̄ncipalia erunt declaranda. Primū dr diffinitio. Scōm p̄hibitio. Tertium dispensatio.

Quid sit votū ⁊ de septē p̄ditionibꝫ q̄ req̄runt ad hoc vt habeant rōnē virtutis. ca. I.

Primū mi

sterium declarandū de voto dicit diffinitio. Jn q̄ q̄d sit votū videm⁹. Et ex dicit sancti Tho. ij. ij. q. lxxxviij et Richardus distinc. xxxviij. li. quarti sumo hāc diffinitōz. Votū est cōceptio melioris ꝓpositi animi deliberatōe firmata. Et q̄ diffinitōe colligunt septē p̄ditiones q̄ req̄runt in voto vt debite fiat vt ptz. Pria dr̄ deliberatio. scda p̄missio. ctia supererogatio. q̄rta ordinatio. q̄nta forma tio. sexta honestatio. septima distinctio. Prima conditio q̄ requirit in voto dr̄ deliberatio. vt sz fiat ex voluntate deliberata. Hāc vt dicit Rich. vbi. Votuz dicit a volēdo. vñ sic in nobis est duplex velle. s. plenū qd̄ est velle deliberatuū. ⁊ semiplenū qd̄ est velle ex subreptōe. sic dico q̄ est duplex votū. s. votū qd̄ hz plenā rōz voti. ⁊ d̄ rōe tal' voti ē q̄ sit factū ex deliberatōe. qz vt dr̄. xx. q. iij. c. Presbyteros clericꝰ. Nullū bonū nisi voluntariū. ⁊. xv. q. i. Nō est. Volūtariū sibi militē eligit xp̄s. Et est aliud votū q̄d nō hz plenā rōem voti. eo q̄ nō fit cū deliberatione sed ex quadā subreptōe. ⁊ iō nō obligat. Sz in ꝫ

ortk dubiū: an teneant vota que fiāt in angustijs. vtputa a mlle rito tpe partus. z a nauigantib⁹ tpe tēpestatis. ab infirmis tpe infirmitatis z sīlia. Et q̄dā absolute z male rūdent q⁹ nō. ꝫ ḡa dic Bull. q⁹ est distinguendū: q⁹ aut vota p̄dicta fiūt ex intentōe deliberata. z sic tenēt z obligant. vt ꝫ in. c. Sunt q̄ opes. xv. q. uij. Si vero fiāt ex subreptōe nō tenent in angustijs: tamē magis subuitk mes q̄ i pace z q̄ete. co⁹ f̄m Aug⁹. in li. lxxvij. q. Passiones tristabiles pl⁹ habēt alterare vsū rōnis q̄ passiones delectabiles

B Scōa ꝑditio q̄ req̄rit in voto dicit p̄missio. f̄m enim Rich. et tho. vt. s̄. Propositū solū ad faciendū aliq̄d bonū nō facit votū sed ꝓpositū firmatū p̄missione Et si fiat corde etiā sine oris exp̄ssione. adhuc tenet z ligat i foro ꝑscie. Exp̄ssio enī voti p vocē referr ad interiorē deliberationē. Sz hic occurrit vnū dubiū disputandū vtr⁹ oīne votū publicū p exp̄ssiōz vocis factū coram aliq̄ sit votū solēne. Et rūdet Rich. q⁹ dr̄ia ē in votū publicū z solene. q⁹ q̄dlibet votū coram mltis z in publico factū publicū dici p̄t Sz nō q̄libet tale p̄t dici solēne: nisi q̄d in se hz aliq̄d annexū vt impublicū debeat venire. z q̄d vouēs ponit sb alteri⁹ hois potestate. Et tale est totum in suscep̄tōe sacri ordinis ad quē suscipiēs cōstituit⁹ minister ecclie a deo publice seruiēdū z ponit sub ep̄i pōtestate. Vñ tale votū pōt esse solēne: etiā si p̄dictū ordinē ab ep̄o recipet in secreto. Professio etiā in religiōe fcā in manu ei⁹ q̄ eam p̄t recipe hz i se aliq̄d annexū quo debeat i publicū venire. Vñ tal⁹ p̄fessio solenizat votū etiaz si fiat i occulto. Solēnizat ḡ votū p p̄fessiōz i religiōe z p sacri ordinis susceptōz. vt ꝫ ex̄ q̄ cler. vo. c. Rursus. in glo. z. c. Nō votum. Notandū vt dr̄ in glo. xxvij. q. j. c. Mulieres. z ex̄ de cōuer. cōiu. c. Et p̄te. q⁹ in p̄pria domo vti vestib⁹ monachalib⁹ z votū facere nō solēnizat votū. Tertia cōditio que req̄rit in voto dr̄ superogatio dz fieri votū d bono superogatōis z nō d bono nec̄rio. q⁹ ad bonū nec̄riuz bō tenet etiaz sine voto. Sed mgr̄ sent. di. xxxviij. q̄rti. dicit Q̄ votoz aliud ē cōe. aliud singl'are. Cōmune ē q⁹ oēs i baptismo faciūt cū spōdēt renūciare dyabolo. vt hr̄ de ꝑse. di. uij. c. Prima igr̄. z. c. Primū interrogek. Et tale votū fit de his q̄ sunt nec̄ria ad salutē. Ibi tn̄ diminute inuenit rō voti. Singulare votū est cū aliqs sponte p̄mittit se fruatur aliq̄d bonū ad q̄d nō tenetur q̄uis teneat post votū. Hinc dr̄. xvij. q. i. c. Sūt q̄dā que etiā nō vouētes debem⁹. quedā etiā q̄ nisi vouerim⁹ non debem⁹. Sz p⁹ q̄ ea deo p̄mittim⁹ necessario reddere ꝓstringimur. Sz hic emergit vnū dubium. vtrum vota que fiunt sub aliq̄ conditione illa cessante sint

obligatoria Et respondet Raymundus in summa q̄ duplex est condicio. Una generalis vt si vixero si potero. si deus voluerit que semper intelliguntur etiam si non apponātur. xxij. q. ij. c. Hā maria. Alia est ꝓditio specialis. puta cū q̄s vouēdo dicē ꝓmitto facere tale bonū si impetrauero sanitatē. Si ꝓditio deficiat votū non obligat. Facit ad hoc q̄ scribitur. xxxij. q. viij. ca. Non solū. ⁊ ex de ꝓdi. appo. i di spen. c. Verum. ⁊ de resti. spo. c. Olim. Quarta ꝓditio q̄ requirit in voto ꝺz honestano. Debz votū fieri ipsi deo. q̄z cū vouere sit actꝰ latrie soli deo debetur. Sed dubitat circa ꝺ. q̄z vota fieri solent etiā sanctis. Sz dicit Rich. q̄ vota q̄ fiūt sanctis nō plene habēt rōnē voti p cōpationē ad factos sed ad deū. Qui enim vouet sctō Jacobo eius ecclesiam visitare. Locutio siue mentalis siue vocalis q̄ dicit se visitaturū sctm Jacobū fit sancto Jacobo. Sz obligatio ad implēdū illud q̄d dicit proprie ⁊ simplr loq̄ndo nō fit nisi deo. Unde q̄ est materiale i illo voto fit sctō. ⁊ q̄ est formale fit deo. Quinta condicio q̄ requritur in voto dicit formatio Nec nāq̄ est forma voti vt fiat deo de re bona ad bonum finē. propterea dicē richar. q̄ votū sctū ꝓpter malū finē nō teneret. Hō magis dependet votū a suo fine q̄ a sua materia. quia fm pbm. vj. meta. Finis est cā cause. Sz votum factū de materia mala ꝓpter finē bonum nō tenet. Idcirco vouēs se factuz aliq̄d q̄ē absolute bonū. nō tamē propē hoc intēdens nisi finē malū graviter peccat. ⁊ nō tenet votuz. q̄z talis aut intendit p illud votū se posse ꝓsequi finē illū aut nō. Si nō iam nō obligat se propē finem illū. q̄z sic dicit phs. iij. ethi. Electio nō est impossibiliū. q̄a simtli non est alicui impossibilis ad consequēdum. Si sic erraz quia scōm Augustinū in libro. lxxxiij questionū. deo volente et autore nō fit homo deterior. Deteri or aūt fit homo per ꝓsecutōem finis mali. Sexta condicio q̄ requritur in voto ꝺz honestano Debet votū fieri de re honesta ⁊ materia bona. Propterea dicit xxij. q. viij. c. In malis. In malis promissis rescinde fidez. in turpi voto muta decretū. q̄d incaute vouisti ne facias. impia est promissio q̄ fieri adimplet. Sed dubitat hic de Jepte. ó q̄ bē Judicū. xi. q̄ interfecit filiā suā sic vouerat. Et tñ ad Hebr. nūerat inter illos q̄ p fidē vicerē regna. q̄ videtur q̄ potuit fieri votū de re mala ⁊ inutili. Rñdet Rich. q̄ votū Jepte nō fuit obligatoriū nisi ad immolandū aliā occurrēs immolationi. ⁊ q̄ ad ꝺ fuit licitū et placens deo quod ostendit victoria subsecuta. Unde in occidendo filiā suam fuit furiosus et impi. de q̄ impietate postea penituit. Septima ꝓditio q̄ re

quirit in voto ꝺz discretio. Debz nãq; fieri votũ discrete ꝓudenꝫ et moderate. Nã sic ꝓhibita ẽ in discreta pnĩa. ita ꝓhibet ꝫ votuz eius. Sz q̃d de votis stultis vt sũt vota illoz q̃ vouẽt nõ comedere pedes aut nõ comedere colũbas. vl' nõ Lauare manꝰ ꝫ sĩlia Rñdet tho. q̃ talia vota deridẽda sũ potiꝰ q̃z fuãda. Accipimꝰ ꝫ ex dictis q̃ta in vnoq; dz cẽ maturitas in vouẽdo: quãta insup diligẽtia in ꝓplãdo q̃d votuz ꝓmissum ẽ. Jõ dic̃ rich. q̃ oẽ votũ licitũ obligat vouentẽ ad illõ q̃d vouit ad implẽdũ nisi in q̃t tuoz casibꝫ. Vnꝰ ẽ ꝓpr impotẽtia adiplendi. secũdꝰ ꝓpr autoritatem supioris dispẽsandi. tertiꝰ ꝓpter defectũ ꝓditois apposite vt dictũ ẽ supꝝ. q̃rtus q̃n illud q̃d tẽpe voti facti fuit licitũ. postea fit illicitum.

QX vouere inẽdicit septẽ generibꝫ ꝑsonaꝝ. i quibꝫ est limitata rõnabilr facultas vouendi.

Capitulũ II

Ecundum

